26 Καὶ τίς θεοῦ κρίματα δύναιτ' ἂν ἐρευνᾶν, Ἀγαθάγγελε φίλτατε; εἰ μὲν γὰρ ἀλλήλοις ἦν ἀλλήλων γνώριμα, καὶ πᾶσι πάντων ἴσως, ὁπόσα ψυχαῖς ἀπόρρητα θαλαμεύεται, εἶχεν ἂν ὅπως ποτέ τις μεθ' ὁποιασδηποτοῦν τῆς γνώμης τὰ ἑκάστῳ γινόμενα εἰδὼς ἀκαπήλευτον ἐκφέρειν κρίσιν. νῦν δ' ὁρῶμεν ὡς οὐδ' αὐτός τις ἕκαστος δύναιτ' ἂν ἑαυτῷ συνορᾶν ἁμαρτάνοντι, ὅτι τε μάλιστα πάντων περὶ ἑαυτὸν ἐκτετύφλωται μάλιστα πάντων ἑαυτῷ φιλούμενον, καὶ ὅθ' ἥκιστα οἶδεν εἰ τοῦ χρόνου ῥέοντος ἡ κακία ποσὶν ἀδήλοις ἐπιδραμοῦσα δαπανήσει, κύβων δίκην μεταθεῖσα σύνεσιν αὐτῷ, καὶ τοὐναντίον αὖθις ἥγε τῇ κακίᾳ μαχομένη φύσις τἀγαθοῦ. εἰ δὲ τοῦθ' οὕτω, πολλοῦ μέντ' ἂν δεήσειε τὰ ἑτέρων ἑτέρους εἰδέναι ποτέ. θεῷ γὰρ μόνῳ τοῦτ' ἀπρόϊτον τετήρηταί γε καὶ τετα-

sententiam de eo, quod rogaturus sim, per deum mihi expromas quaeso. dic mihi, qui fiat, ut, quum principes atque duces multi et varii, alii aliis temporibus scelera commiserint, eorum subiecti non tantis malis unquam affecti sint, quantis nunc afficiuntur, sed parvis vel nullis; deinde dic mihi, qui fiat, ut principes, quamquam pessima facinora perpetrant, ipsi plerumque minimas clades subeant, maximas autem eorum subditi, quamvis eorum maior pars improbitatem principum abominetur, timore autem cohorreat atque illis cedat?

„Quis, dilectissime Agathangele, iudicia dei possit indagare? si enim alter alterius et omnes pariter omnium arcana consilia, quae in animis reservantur, cognita haberent, cum ratione quadam aliquis uniuscuiusque actionum peritus in corruptum iudicium facere posset. nunc autem videmus, non sua quemque ipsius peccata posse cognoscere propterea quod de se quisque ob nimium sui amorem maxime occaecatus est neque scit, num forte labente tempore improbitas pede obscuro aggressa quasi tesseras animi prudentiam mutatura et absumptura sit, bonitas vero improbitati repugnans ex contrario rursus incessura sit. si hoc ita est, multum aberit, ut alterum alter perspiciat. deo enim soli hoc inaccessum servatur atque regitur, qui hominem bene facientem vitam acturum placidissimam pacem spirantem

μένται. ἀνθρώπων δ' ὃς ἂν ἐρῴη τἀγαθά, πνέοντα βίον εἰρήνης εἶναί οἱ ὑπεσχημένον ἐκεῖθεν βιοῦν, ὃς δ' οὖν τἀναντία, τούτῳ δ' αὖ τἀναντία. εἶναι δ' οὐ πάνυ τι ἐλαχίστην οὐδ' ἀγεννῆ τινὰ τὴν μεταξὺ διαφοράν, ἣν ἀγαθά τε ἔχει πρὸς ἀγαθὰ καὶ ἣν αὖ κακία πρὸς κακίαν. ἀγαθῶν μὲν γὰρ ἁπάντων κράτιστόν τε καὶ πρώτιστον ἔγνωμεν εἶναι τὴν πρὸς θεὸν εὐσέβειάν τε καὶ ἀκαπήλευτον πίστιν. "ἀγαπήσεις" γάρ φησι "κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου," καὶ πάλιν "κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις." τὸ γὰρ ἄλλῳ τῳ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα λατρεύειν ἐστί. γνώριμον δ' ἂν εἴη σοι πάντως ἡ τῶν 87 τοιούτων ἀγαθῶν ἐκ τῶν βαθμῶν ἑξῆς καὶ ὑποβάσεων τῆς ἀπαριθμήσεως διαφορά. κακῶν δ' αὖ ἁπάντων ἂν εἴη κάκιστον ἐκ διαμέτρου πάντως ὁ θεοῦ χωρισμός, οὗ σημεῖον καὶ γνώρισμα προφανὲς ἡ τῶν πατρίων κανόνων καὶ νόμων ἀθέτησις, ἣν προσθέσεσί τε γίνεσθαι καὶ ὑφαιρέσεσι τοῖς θεομάχοις συμπίπτει, καὶ ἅμα ταῖς ἀναιδέσιν ἐπιορκίαις. οὐδὲ γὰρ ἂν ἐπιορκῆσαί ποτε γένοιτο θεόν, ὅτῳ ἂν εὐσεβεῖς περὶ θεοῦ τὰς ὑπολήψεις ἐν καρδίᾳ περιθάλπειν ἐνείη. μάθοις δ' ἂν f. 120 a. ἀκριβῶς, Ἰουδαίων ἐξετάζων τοὺς πάλαι, οἷς τὸ τοῦ θεοῦ σέβας εἰς ἀλλοτρίους μετατιθεμένοις θεοὺς δούλοις εὐθὺς καθίστασθαι τῶν περιοίκων συνέπιπτεν ἐθνῶν, ὧν εὐσεβοῦντες ἦσαν δεσπόται, ἡγεμόνος δ' αὖθις εὐσεβοῦς καθισταμένου,

promisit, secus autem agentem etiam contrariam vitae sortem habiturum. neque vero minima est vel ignobilis differentia, quae interest inter bonum et bonum atque inter malum et malum. omnium enim bonorum optimum atque primum esse cognovimus pietatem erga deum et incorruptam fidem. ille enim: „amato inquit, dominum, deum tuum ex intimo corde atque animo" et rursus: „adorato dominum, deum tuum eumque solum colito;" alium enim colere est res creatas colere potius quam creatorem. perspecta tibi erit omni ex parte bonorum differentia, si ea enumerabis deinceps ex infimo gradu atque fundamento. contra vero omnium malorum pessimum est secessio a deo, cuius signum atque indicium manifestum est patriorum praeceptorum atque legum abolitio, quae fit additamentis et ademptionibus nec non impudentibus periuriis eorum, qui cum deo bellant. neque enim quisquam deum peierabit, in cuius animo pii in deum sensus ardent. accurate id facile intellexeris si veteres Iudaeos in examen vocaris, qui quum dei reverentiam ad peregrinos deos transtulerunt, statim in servitutem redigebantur a finitimis gentibus, quarum domini erant, quamdiu pie de deo senserunt; ubi autem pius iis erat princeps, rursus superiores hosti-

καὶ τῶν ἐναντίων αὖθις ὑπερτέροις γίνεσθαι καθίστατο. καὶ ἵνα τοὺς πάλαι καταλίπωμεν, ὅρα μοι Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν ἐν βασιλεῦσιν, ᾧ τὸ τῶν ψευδωνύμων σέβας εἰς τὸν ἀληθῆ μετενεγκόντι θεὸν πλείονος ἢ κατὰ πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλέας ἄρξαι γέγονε γῆς. ἀλλὰ τοῖς μετ' ἐκεῖνον εὐθὺς ἄρξασί τε καὶ ἀρξαμένοις τὰς αἱρέσεις κατὰ τῶν θείων δογμάτων εἰσάγειν τῆς πίστεως, καὶ θεὸν ἐπιορκεῖν ὃν ἄκροις ἔφασκον σέβειν τοῖς χείλεσιν, εὐθὺς καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ζημιοῦσθαι συνέβαινε μέγεθος.

88 *Ἀλλ' ὁ μακρὸς ἐπιλείψει με χρόνος παλαιῶν τε καὶ νέων ὑποδειγμάτων μεμνῆσθαι πρὸς τὴν τῶν εἰρημένων ἀλήθειαν θέλοντα. τοῦτο δ' οὐ πάνυ τι συγχωρεῖν τὴν τῆς ἱστορίας ἁπλότητα. διὸ τοῖς ῥηθεῖσιν ἐκεῖνο μόνον προσθεὶς ἀπαλλάξομαι. μαθεῖν γὰρ ἐζητήκεις καὶ ὅπως τῶν προσεχῶς τῆς κακίας αἰτίων ἀρχόντων ἥκιστα πασχόντων ἐνίοτε, μόνον πολυτρόποις δαπανᾶται πάθεσι τὸ ὑπήκοον, μικρὰν ἴσως ἢ μηδεμίαν ἑτέραν συνεισενεγκάμενον τὸ παράπαν πλὴν τοῦ συνειδέναι καὶ συμπαρανομεῖν διὰ φόβον. φαίνεται τοίνυν ὥς γε τῶν πάλαι βίβλων αἱ πλείους οὐ μικρὰς συνιέναι παρέσχον τὰς ἀφορμάς, καὶ ἅμα ἡ χρόνιος ἡμῶν ὅπως ποτὲ πέπεικεν ἐμπειρία, ὡς οἷς τῶν ἡγεμόνων μήτε πᾶν τὸ τῆς αἰτίας ἄντικρυς ἀνεῖται ἐς κακίαν ἐνδόσιμον, ταῖς τε συμφο-*

bus erant. atque ut vetera omittamus Constantinum Magnum inter imperatores consideres, quaeso, cui, quum cultum deorum, quo quidem nomine perperam nuncupabantur, ad verum deum transtulisset, contigit, ut ampliores imperii fines quam omnes ante eum imperatores sibi vindicaret. imperatoribus autem post eum, qui haereticorum opiniones in divina fidei dogmata inducere deumque, quem se extremis labris colere dicebant, peierare incipiebant, statim magnitudo illa imperii ab hostibus sensim paullatimque diminuebatur.

Sed longum tempus me deficeret, si vetera et recentia exempla ad veritatem dictorum confirmandam proferre vellem, id quod etiam plane ab historiae simplicitate alienum esset. quare hoc tantum dictis addam dicendique finem faciam. cognoscere enim studes, quomodo fiat, ut, quum imperatores, quamvis continuo improbitatis auctores sint, minima tamen mala interdum patiantur, subiecti iis homines multiplicibus calamitatibus conflictentur, licet parvam fortasse aut nullam aliam culpam attulerint, nisi quod conscii erant et metu coacti socii improbitatis. ut igitur multi veterum librorum adiumenta non exigua ad eius rei cognitionem nobis attulerunt et diuturna nostra

ῥαῖς τῶν ὑπηκόων κηδεμονικῶς καμπτομένοις ἐν ταπεινώσει γίνεται καρδίας τούτοις ἐπικαλεῖσθαι τὸν κύριον, τούτους δήπουθεν οἰκτείρων ἐνταυθοῖ κατὰ τὸ τῆς αἰτίας δίδωσι πάσχειν ἀνάλογον, ἵν' ἐς τὸ μέλλον σχῇ κουφοτέραν τὴν κόλασιν. εἰ δ' αἴτιος μὲν τῆς ὅλης εἴη κακίας καθάπαξ αὐτός, δι' ἣν ἐς φθορὰν ὁλοσχερῆ τὸ ὑπήκοον καταφέρεται, ἔπειτ' αὐτὸς ἀνάλγητός τε μένων καὶ ἥκιστα ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς μήτε καμπτόμενος, μήτε μὴν οὐδ' ἄχρι τοῦ φαινομένου συμπάσχειν ὁρώμενος σχήματος, ἔπειτα μακρὸν ἐξ ἀπονοίας καὶ τῦφον ἐν ψυχῇ περιθάλπει, δικαίωμα τοῦ μὴ δῆθεν αὐτὸν ἁμαρτεῖν τὸ μὴ πάσχειν οἰόμενος, τούτῳ πάντας ἐκεῖ τοὺς τῆς δίκης λαμπρῶς ταμιεύει πρηστῆρας. μηδὲ γὰρ εἶναι τὴν 39
ἐνταῦθα κόλασιν ἀποχρῶσαν οὕτω μεγάλοις καὶ παρανομωτάτοις πταίσμασιν ἀσεβείας, ἧς τὰς δίκας αὐτός θ' ὑπὲρ ἑαυτοῦ ὀφλισκάνει, καὶ ἅμα ὑπὲρ τοῦ τῶν ὑπηκόων δι' αὐτὸν ἀπολωλότος πλήθους· ποιμένος γὰρ ἀνειλημμένος τόπον, μὴ μόνον οὐ πεποίηται τὴν ἁρμόττουσαν τῷ ποιμνίῳ πρόνοιαν, ἀλλὰ καὶ φθορᾶς αὐτῷ προσεπεδαψιλεύσατο τρόπους, λύκος ἀντὶ προστάτου καὶ ποιμένος φανείς. ἔπειτα οὐδ' ἡμῖν ἀνθρώποις οὖσιν ἀνεῖται τὴν ἐν ὁτουδηποτοῦν ἑτέρου κρυπτομένην " καρδίᾳ κακίαν ἢ ἀρετὴν πλὴν ὅσον ἐκ τῶν ἔξωθεν f. 120 b.
σχημάτων καὶ χρωμάτων τοῦ τε ἤθους καὶ τῶν λόγων εἰκα-

experientia utcunque nos edocuit, dominus iis principibus, qui non omni ex parte causam atque licentiam improbitatis dederunt, calamitatibus autem subiectorum sollicite flexi in humiliatione cordis eum invocant, pro ratione causae misericordia eorum permotus supplicia hic infligere videtur, quo expeditiorem in futurum habeat castigationem. sin autem princeps, quamquam omnis improbitatis, qua ad planam perniciem subiecti detruduntur, solus auctor est, non modo miserae et afflictae eorum fortunae duriorem se praebet neque speciem quidem eos commiserantis prae se fert, verum etiam fastum ex dementia sibi sumit arbitratus, id testimonio esse, se non peccasse, quod ipse in adversas res non incidat, huic omnes illic turbines igneos ad poenam reservat. non enim sufficit supplicium, quod hic infligi possit, tam magnis atque audacibus sceleribus, quorum poenas propter se debet et propter multitudinem subiectorum sua culpa pessumdatorum. officium enim pastoris sortitus non solum non habuit curam gregi convenientem, verum etiam perniciem ei profuse attulit, ut non praefectus eius atque pastor, sed lupus videretur. verum nobis hominibus improbitatem aut virtutem in alterius cuiuscunque corde reconditam duntaxat hactenus cognoscere licet, ut ex externo habitu ac moribus verbisque obscura quaedam iudicia deprehendamus. attamen vel ex

σίας θηρᾶσθαι τινὰς ἀμυδρῶς. γνοίης δ' οὖν ὅμως κἀντεῦθεν, εἰ τὰ πλείω διὰ συντομίαν καὶ τουτωνὶ παρέντες τοῦ ἄρχοντος διεξέλθοιμεν ἔνια. ἔσται γὰρ ἐκ τῶν ἔξωθεν σημείων γνώριμος τοῖς συνετωτέροις καὶ τουτουὶ τῆς ψυχῆς ἡ διάθεσις, καὶ ὡς σφαλεραὶ μὲν περὶ θεοῦ τῇ τούτου καρδίᾳ θαλαμεύονται ἔννοιαι, καὶ κηλίδων οὐ μάλ' ἀξίων τοῖς τῆς εὐσεβείας δόγμασι τὸ λογιζόμενον ἐμπίπλαται τῆς ψυχῆς. καὶ τοῦτ' ἂν εἴη τοῦ μηδὲν τῶν αὐτῷ πραττομένων εὐοδοῦσθαι τὸ αἴτιον, ἥκιστ' ἀνεχομένου θεοῦ μὴ θεατρίζειν τὴν ἐν τοῖς τῆς καρδίας θαλάμοις κεκρυμμένην κακίαν διὰ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων. ἔχει δὲ οὕτως.

40 Ὁ Πισσαῖος Νικόλαος, ὁ τῶν τεσσαρεσκαίδεκα Βενετικῶν νεῶν ναύαρχος ἐκείνων, ἃς καταπεπλευκέναι πέρυσιν ἔφαμεν κατὰ τοῦ Γαλατωνύμου φρουρίου, ἐπειδὴ καὶ βασιλέα σύμμαχον λάβοι καὶ ὁμόφρονα τοῖς Βενετικοῖς κατὰ τῶν Γεννουιτῶν, ὅρκους φρικώδεις δοὺς καὶ λαβών, ἔπειτ' αὐτὸς μὲν ὅλος τῶν ἐνεστώτων τηνικαῦτα γινόμενος ἔργων τὸν βασιλέα πρὸς μὲν τὴν μάχην ἐκείνην ἀργῶς διακείμενον ἔβλεπε, πρὸς δ' ἕτερα τὴν ὅλην σπουδὴν περισπώμενον, τὰ καθ' ἡμῶν ἐκεῖνα δηλαδὴ λῃστρικὰ συνέδρια, βιαιότερόν πως ἐνέκειτο διεγείρων εἰς τοὔργον. πάντων γὰρ ἔλεγεν ἥκιστα δεῖν καρτερεῖν ἐνταυθοῖ, τῶν πολεμικῶν οὐκ ἀνεχομένων ὅλως πραγμά-

his cognosces, si, compluribus brevitatis causa praetermissis, etiam harum rerum nonnullas quasdam de imperatore commemorabimus. perspiciet enim prudentior quisque ex externis quibusdam signis, qui sit animi istius habitus, quam fallaces de deo opiniones in pectore occultatae sint, quantis sordibus dogmatis verae religionis haud sane dignis mens oppleta sit. hoc etiam in causa est, cur nihil eorum, quae suscipit, prospere ei succedat; deus enim a se impetrare non potest, quin improbitatem in animi latebris occultam etiam rebus externis propalam et in promptu ponat. res vero ita habet.

Nicolaus Pisanus, praefectus navium quattuordecim Venetarum, quas anno superiore in castellum Galatae navigasse diximus, quum imperatore quoque socio contra Genuenses adsumpto, horribili iureiurando dato atque accepto, totus esset in rebus instantibus gerendis, imperatorem autem ad certamen segnem, ad alias res, nimirum ad concilia illa latrociniis similia in nos conflanda, omni studio incumbentem videret, vehementius eum ad rem strenue agendam excitavit. dixit enim, nihil minus opus esse quam cunctatione, rebus bellicis utique ne in breve quidem dilationem recipientibus, sed statim alacritatem efficacem efflagitantibus. bis tum et ter et saepius eadem

των οὐδ' ἐς μικρὸν ὑπερτίθεσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ παραχρῆμα τὴν ἔμπρακτον ἀπαιτούντων ὀξύτητα. δίς δ' οὖν καὶ τρὶς καὶ πολλάκις ὁμοίας αὐτῷ παρεῖχε τὰς ἀποκρίσεις ὁ βασιλεύς, μετὰ μάλα τι γαύρου καὶ ἀναμφισβητησίμου τοῦ ἤθους, "μεῖνον" λέγων "μικρόν με καταβαλεῖν τοὺς δογματικοὺς ἐχθροὺς τῆς ἐμῆς προαιρέσεως ἐπειγόμενον. κἄπειτ' ἀναστὰς ὡς νοσσιὰν τὸ πολέμιον τουτοῒ καταλήψομαι φρούριον, ῥᾷον ἢ κατὰ πᾶσαν ὑμῶν προσδοκίαν." ἔπειτα κατεσπουδασμένην τινὰ καὶ σχέδιον δι' ἐκεῖνον δῆθεν τὴν ἡμετέραν ποιεῖσθαι θέλων ἀπαλλαγήν, στραφεὶς πρὸς τοὺς ἡμῶν ἀσκητικοὺς ἐκείνους ἄνδρας, οἳ τοῖς τῆς μακρᾶς ἀρετῆς καὶ πολυετοῦς ἀσκήσεως ἴχνεσι τὸ αἰδέσιμον λίαν ἐκόσμουν τῆς πολιᾶς, ἔφασκε τοιαδί. "τοσοῦτο 41
βέλτιον αἱροῦμαι" φησὶν "τὰς ὑμῶν ἀράς, ὅσον μισῶ τὰς εὐχάς· τοσοῦτο δ' αὖ ἀπαναίνομαι τὰς Παλαμικὰς ἀράς, ὅσον ἀσπάζομαι τὰς εὐχάς." ἔπειτ' ἐκεῖνα τὰ ληστρικὰ πεπραχὼς ἐξ αὐτοσχεδίου, ἃ μακρᾶς τινὸς δεῖται σχολῆς ἀφηγεῖσθαι, πρὸς τὸν Λατινικὸν ἐξῄει πόλεμον, μακράν τινα σφόδρα καὶ ὡς εἰπεῖν ὑπερνέφελον ἐπαγόμενος τὴν ὀφρύν, ὅτι τοιούτοις ἐφοδίοις καθώπλισεν ἑαυτόν. εἰ δὲ καὶ τὰ τῶν αἰθερίων κεραυνῶν ἀμυντήρια τηνικαῦτα " καθεύδειν προῄρηνται, τρίβον τῇ ὀργῇ f. 121a.
φιλανθρώπως ὁδοποιοῦντος τοῦ κτίσαντος, ἀλλ' ὁ ἐφεξῆς ἐκεῖθεν οὐκ ἔληγε χρόνος νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀεὶ διὰ τῶν ἔργων ἐλέγχων περιφανῶς, καὶ πάσας αὐτόχρημα πανηγυρικῆς βοῆς ἐμπιπλῶν ἀκοάς, καὶ ἐξαγγέλλων τὰς ἐκ πολλοῦ τῇ

responsa imperator animo perquam elato fiduciaeque plenissimo ei reddidit. „mane paulisper, inquit, donec inimicos a meis dogmaticis rationibus abhorrentes deleverim. Dein assurgam et tanquam nidum hostium castellum omnium vestrum opinione facilius capiam." tum illius causa quum contento studio nostram amandationem celeriter expedire vellet, conversus ad nostros illos viros, qui vestigiis magnae virtutis et austerae vitae per multos annos actae senectutis verecundiam valde ornabant: „tam iucundae, inquit, mihi sunt vestrae execrationes, quantum odi vestras preces; tantopere autem horreo Palamae execrationes, quantum colo eius preces." tum latrocinia illa ex tempore executus, quorum enarratio longum requirit tempus, ad bellum cum Latinis gerendum profectus est grandi sane supercilio et, ut ita dicam, supra nubes elato, quod talibus itineris adiumentis sese armasset. quamvis autem tum tonitruum coelestium vindicta quiescere constitueret, creatore benignae suae iracundiae viam sternente, attamen insequens tempus noctu et interdiu palam eum rebus ipsis arguere omniumque aures celebri quodam clamore implere atque impios de

καρδίᾳ τἀνδρὸς ἐντεθησαυρισμένας δυσσεβεῖς περὶ θεοῦ καὶ τῶν θείων δογμάτων ἐννοίας καὶ τοὺς τῆς ἀπονοίας ἐκείνης γεννήτορας τύφους.

42 Ἔτι καὶ τοῦτο προσθήσω τοῖς εἰρημένοις, ἀκόλουθον εἰς παράστασιν τῆς γνώμης ὑπάρχον καὶ τοῦτο τἀνδρός· ἔστι δὲ τῶν πολλῶν ἓν ἃ φειδοῖ παρήκαμεν αὐτοῦ. Εἰρήνη γὰρ ἡ βασιλὶς καὶ σύζυγος αὐτοῦ πολλὰς ἐπήνεγκεν ἐμοὶ παρακλήσεις, εὐχαριστήριον ὡς ἐξ αὐτῆς ἐκθεῖναι λόγον τῇ πανάγνῳ μητρὶ τοῦ θεοῦ, ἅτε τὴν σφῶν βασιλικὴν ἐς Βυζάντιον εἴσοδον καὶ λῆξιν τῆς ἐπικινδύνου καὶ μακρᾶς ἐκείνης πλάνης ἐν μνήμῃ μιᾷ τῶν αὐτῆς ἑορτῶν γενομένην, καὶ οὐκ ἄλλοθεν εἶναι ὁμολογεῖν ταυτηνὶ τὴν ἐπικουρίαν πλὴν αὐτῆς. φιλοτιμότερον τοίνυν ἐμοῦ τὸν τοιοῦτον ἐκδεδωκότος λόγον διὰ τὴν τῆς βασιλίδος ἔφεσιν, αὐτὸς θεασάμενος ἀντὶ τοῦ ἀγαπῆσαι μεμίσηκε μάλα τι μᾶλλον, ὅτι μὴ τῇ αὐτοῦ συνέσει καὶ στρατηγίᾳ τοῦ τροπαίου τὸ πᾶν ἀνῆπτεν, ἀλλὰ τῇ μητρὶ τοῦ θεοῦ, ὥσπερ ἂν εἰ νεκρὸν ὑπάρχοντα κεκόμικε, φησίν, αὐτὸν ἐκείνη μετὰ ξυλίνου τινὸς κραββάτου. πρὸς ταῦτ' ἐγὼ μὲν ἐξεπεπλήγμην, καὶ τὴν αὐτοῦ κατ' ἐμαυτὸν κακοήθειαν ἐμεμψάμην· ἡ δὲ βασιλὶς Εἰρήνη λόγοις μὲν σκληροτέροις τοῖς πρὸς αὐτόν, ἔργοις δὲ τοῖς ἐφεξῆς ἔφηνεν ὅσον τῆς εὐηθείας καὶ αὐτὴ τοῦ συζύγου κατέγνω. διὰ γὰρ μεγάλης ἔχουσα σπουδῆς λαμπρὰν τῇ θεοτόκῳ καὶ πολυτελῆ πανήγυριν ἑορτάζειν

deo et divinis dogmatis sensus iam diu in corde viri reconditos fastumque, illius dementiae parentem, patefacere non cessavit.

Etiam hoc addam, quod item ad hominis consilium repraesentandum pertinet. est vero unum e multis, quae ei parcentes praetermisimus. Irene enim imperatrix eiusque uxor multas mihi admovit adhortationes, ut ex eius persona gratiarum actionem castissimae matri dei ederem, quippe quod imperatorius introitus Byzantium periculosique ac longi erroris finis memoria unius ex festis in illius honorem celebratis factus esset. auxilium vero nisi ab ea non allatum esse non pntuit non in confesso esse. huiusmodi orationem quum ego studiosius composuissem voluntati imperatricis obsecutus, imperator eam conspicatus pro amore concepit odium, quod nimirum non ad suam prudentiam atque bellicam peritiam victoria tota relata esset, sed ad matrem dei, quasi corpus mortuum ligneo cuidam feretro impositum importasset. hac re equidem perculsus ei malignitatem in me opprobravi; imperatrix autem Irene et verbis asperioribus et deinde rebus ostendit, quantae nequitiae ipsa maritum argueret. quamquam enim magno studio Deiparae splendidum atque sumptuosum fe-

κατὰ περίοδον τῆς ἡμέρας ἐτήσιον, ἀπέσχετο τοῦ λοιποῦ καὶ σεσίγηκεν, οὐ καλὰ μαντευομένη περὶ τἀνδρός, οὐδ' ἑσπέρας ἀπαντήσειν στοχαζομένη τὸν δρόμον τοῦ βίου χρηστὸν αὐτῷ καὶ παισί. καὶ μὲν δὴ τοῦτ' ἦν ὃ τήν τε πρόθεσιν καὶ προθυμίαν ἔσβεσε τῆς βασιλίδος τότε, καὶ τὴν ἑορτὴν ἐκείνην πέπραχεν ἀνέορτον πρὶν εἰς ἡλικίαν ἐληλυθέναι, ῥίζαις αὐταῖς ἐκτεμόν, καὶ λήθης πυθμέσι μετὰ τοῦ πανηγυρίζοντος ἐκείνου καταχῶσαν λόγου.

Ἐμοὶ δὲ πλεῖστα διεξιέναι ἔχοντι παραπλήσια, σιγῇ δ' 42 οὖν παρεληλυθέναι κέκριται δεῖν, αἰδοῖ τῆς πάλαι τοῦ ἀνδρὸς φιλίας. ἀποχρῆναι γὰρ οἶμαι κἀκ τούτων ἀνιέναι συνετοῖς ἀνδράσι, καὶ μάλιστα σοί, διὰ τῶν ἔξω τοιούτων ἰχνηλατοῦντι σημείων ἐπὶ τὰς πρώτας αἰτίας καὶ διαλήψεις τῶν τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνδρὸς ἕξεων καὶ διαθέσεων, καὶ ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἀεὶ σκοπουμένῳ τε καὶ ἀναλαμβάνοντι τὸν τῆς συνεχοῦς εἰκασίας εἱρμόν, τοῖς πρώτοις ἐναρμόττειν ἴχνεσι τὰς κατόπιν τὰς ἐκ λογισμῶν ἐφόδους, κἀκ ποίας εὐθὺς εἰδέναι ῥίζης τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο βλαστάνει γεώργιον, κἀκ ποίας χεῖται πηγῆς τὰ τοσαῦτα κατὰ τῶν θείων τῆς ἐκκλησίας δογμάτων ναυάγια, καὶ ὅθεν ἔτι πολύχουν οὕτω καὶ ἄφθονον κατὰ τῆς Ῥωμαίων τύχης ῥεῖ τὸ " κακόδαιμον, καθ' ὅσον ἐφικτὸν ἀν- f. 122 b. θρώποις· τὸ γὰρ ἄκρως ἀληθὲς μόνῳ θεῷ τεταμίευται. ὥστε σε χρεὼν ὁρῶντα πλείστους οὐ μεγάλα μὲν ἐς προῦπτον

stum redeunte per singulos annos illo die celebrare constituerat, abstinuit tamen in futurum atque tacuit, marito haud sane bonam fortunam ominata, coniiciens fore ut nec ei nec filiis felix occidentis vitae cursus contingeret. hac igitur de causa consilium imperatricis atque voluntas tunc extincta est illudque festum, ut ita dicam, infestum redditum, prius quam adolesceret, ipsis videlicet radicibus excisum et profunda oblivione una cum actione illa gratiarum obrutum.

Possum multa his similia enarrare; sed silentio ea mihi praetereunda esse iudicavi respectu veteris cum homine amicitiae, illa vero prudentibus viris et tibi maxime iam sufficere arbitror, ut talia externa indicia persequendo ad primas causas et rationes habitus animi et affectionis pervenias atque cognitione sensim paulatimque progrediente ordinem assiduae comparationis usque repetendo primis vestigiis posteriores cogitationes atque observationes adaptes; quod si feceris, ex quali radice malus ille fructus enatus sit, ex quali fonte tanta in sacrata ecclesiae dogmata naufragia effusa sint, unde tanta miseriae copia atque moles in Romanorum fortunam etiamnunc redundet, protinus cognosces, quatenus homines id mente consequi pos-

ἁμαρτάνοντας, μεγάλα δ' οὖν ἐς προὖπτον πάσχοντας, μήτ' ἀπορεῖν μήτε γνωσιμαχεῖν ἐς πλεῖστον, ἀλλὰ τῷ μόνῳ θεῷ παραπέμπειν τὴν κρίσιν, τῷ τὰς πρώτας αἰτίας γινώσκοντι τῆς τὰς ἐννοίας ἐχούσης ψυχῆς περὶ θεοῦ τε καὶ τῶν θείων δογμάτων πάνυ τι σφαλεράς, καὶ ἥκιστ' ἐς πλεῖστον ἀνεχομένῳ τὴν τῶν πλείστων ἐν τούτοις καλύπτειν σιγήν, τῶν τε ἄλλων καὶ ὅσοι τοῖς ἐπισκοπικοῖς ἐνιδρύονται θρόνοις, οἳ συνευδοκεῖν ἑκοντὶ ταῖς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις οὐκ ὀκνοῦσι τοῦ παρόντος αἰῶνος, πῇ μὲν ματαίας ἕνεκα δόξης καὶ τύχης, πῇ
44 δὲ προσκαίρων οἵων δή τινων φόβων. ἑκόντες γὰρ ἑκάτεροι τὰ μέγιστα λανθάνουσι βλάπτοντες κοινῇ τε καὶ καθ' ἕκαστα ἑαυτούς, τῆς αἰωνίου δόξης τὴν αἰώνιον ἀλλαττόμενοι κόλασιν. ἢ γὰρ ἂν καθάπαξ ἅπαντες, ἢ τό γε δεύτερον οἱ πλείους, ὑπὲρ τῆς πατρίου πίστεως ἐς μίαν ἀθλητικὴν παραταξάμενοι φάλαγγα δυοῖν τε τῶν καλλίστων ἐτύγχανον, καὶ ἅμα δυοῖν τῶν κακίστων ἀπείχοντο. τήν τε γὰρ ἑαυτῶν αἴδιον ἐκαρποῦντο ὠφέλειαν, καὶ ἅμα τὸν βασιλέα μακάριον ἔδρων, τοῖς πατρίοις πείθοντες ὅροις ἐμμένειν καὶ δόγμασι. μηδὲ γὰρ δυνάμενος καθάπαξ ἅπασιν αὐτὸς ἀνθίστασθαι, καὶ ἄκων γοῦν τοῖς τῆς ὁμοφροσύνης εὐσεβέσιν ὅροις συνηλαύνετ' ἄν, καθὰ καὶ πλείστοις ἄλλοις ἀλλαχῇ πολλαχῇ συμπεπτωκὸς κατ' ἄλλοτ' ἄλλους τοὺς χρόνους, νῦν μὲν ἐνίοις ἐνιαχοῦ, νῦν δὲ

sunt. nam, quod omni ex parte verum est, deo soli reservatur. quare quum multos, quamquam palam non magna delicta commiserunt, magnis tamen malis palam affici vides, non inops consilii esse debes vel dubitatione aestuare, sed soli deo permittere iudicium, qui primas causas animi lubricis admodum de deo divinisque dogmatis opinionibus imbuti cognoscit neque plurimorum de hisce rebus silentium diu obtegere sustinet quum aliorum tum eorum, qui in episcopali sede constituti ultro cum magistratibus et potestatibus huius saeculi sentire non dubitant, qua vana gloria et fortuna, qua timoribus quibusdam temporariis ducti. sua enim sponte utrique sibi et universim et singulatim vehementer sibi nocent, quum aeternam gloriam cum aeterna castigatione commutent. nam profecto si ad unum omnes vel maior saltem pars ad patriam fidem defendendam ad unam quasi athleticam aciem sese coniungerent, duas res easque optimas nanciscerentur simulque duabus iisque pessimis abstinerent; sibi enim sempiternam salutem pararent, imperatorem vero beatum facerent, si ei persuaderent, ut in finibus atque dogmatis a patribus constitutis permaneret. quum enim solus omnibus resistere non posset, vel invitus intra concordiae fines compelleretur, id quod compluribus aliis alia ratione aliisque temporibus accidit atque tum nonnullis interdum, tum plurimis maxime ad salutem

πλείστοις, τὸ πλεῖστον εἰπεῖν εἰς σωτηρίαν ἀπέχρησε. καὶ οὕτως οὔτε τῆς αἰωνίου δόξης ὑπερόριοι ἐγίγνοντ' ἄν, καὶ ἅμα τῆς αἰωνίου κολάσεως ὑπερόριοι μάλα τι εὐπρεπῶς ἐγίγνοντ' ἄν. κἀντεῦθεν τήν τ' οἰκείαν συνέβαινεν ἂν χώραν ἀζήμιον ἔχειν ἀεί, καὶ ἅμα τὴν ἀλλοτρίαν προσκτᾶσθαι, καὶ δουλεῦσθαι μὲν οὐδέσιν ἔθνεσιν οὐδέποτε, δεσπότας δ' ἄλλοτ' ἄλλων γίγνεσθαι κατὰ μικρὸν ἐθνῶν ἀεί, τῆς θείας ἀεὶ δεξιᾶς εὐμενῶς φυλαττούσης τὸν ἴδιον κλῆρον, εὐθυνούσης πρὸς εὐκληρίαν πλάτος καὶ μέγεθος.

45 *Ἀλλ' ἔγωγέ σοι, φίλη μοι κεφαλή, τὰ παραπλήσια ἐπειπὼν βεβαιώσω τὰ εἰρημένα σαφέστερον, ἐκ πάνυ πολλῶν ὧν μοι τετύχηκε πρὸ βραχέος ἀκηκοέναι καὶ ὧν εἰληφέναι δι' ὄψεων, πάνυ βραχέα σὴν ἐκλεξάμενος χάριν. οἶσθα δὴ πάντως καὶ Συμεὼν ἐκεῖνον, ᾧ τὸ νομοφύλακος προσεγεγόνει ἀξίωμα ἐν τῇ τῶν πραγμάτων ζάλῃ, ὃς τοῖς Παλαμίταις καὶ στόμα καὶ γλῶττα καὶ νόμος ἦν, καὶ στρατηγὸς τῇ παρανόμῳ φάναι καθίστατο φάλαγγι, ἅτε μᾶλλον ἐλλόγιμος ἢ κατ' ἐκεῖνον ὑπάρχων τὸν θίασον. πένης δ' ἄλλως ὢν καὶ λιμῷ τὸν βίον στρατηγούμενος, κολακείᾳ τοὺς ἐν δόξῃ μετῄει παντοδαπῇ, βίον πρόφασιν ἐπιτηδεύων καὶ ζωῆς πορισμὸν ἑαυτῷ καὶ παισὶ καὶ συζύγῳ καὶ ὅλῃ φάναι συλλήβδην οἰκίᾳ. καίπερ οὖν εἰδὼς ὡς ὀλέθριόν τε καὶ μυσαρὰν τὰ τοῦ Παλαμᾶ κεκλήρωται δόγματα μοῖραν, ὅμως δόξης ἕνεκα καὶ πλούτου*

suffecit. tali ratione, ut ab aeterna gloria non exclusi, ita ab aeterna castigatione decentissime remoti essent. inde fieret, ut non modo suam terram integram semper possiderent, verum etiam peregrinam sibi acquirerent, neque a gentilibus unquam in servitutem redigerentur, sed aliarum alio tempore gentium dominationem paulatim nanciscerentur, divina potentia nunquam non proprias possessiones servante et ad ampliorem et maiorem felicitatem ducente.

"Sed ego, carissimum caput, similia quaedam addam, ut dicta confirmem dilucidius, ex permultis rebus, quas brevi ante audivi et oculis percepi, paucas tua gratia delibans. cognovisti certe Symeonem illum, qui custodis legum munus in rerum turbis nactus Salamitis oris et linguae et legis instar erat atque impiae, ut ita dicam catervae quasi dux constitutus, ut qui totum illud sodalitium prudentia superaret. hic quum alioquin esset egentissimus et fame conflictaretur, adulatione varie circumiit claros viros, ut vitae tolerandae opportunitatem captaret victumque quaereret sibi, liberis, uxori, toti denique familiae. quamvis igitur sciret, in quam perniciosa atque abominabili conditione versarentur Palamae dogmata, tamen gloriae atque

δή τινος προσχαίρου τοῖς Παλαμικοῖς συνευδοκῶν ἦν δόγμασιν, ὡς οἶσθα μᾶλλον αὐτός, καὶ μάλα τι λίαν ἡττώμενά τε καὶ
f. 122 a. ὑποκείμενα παρεδείκνυ τὰ ἤθη." διὸ καὶ ὧν ἦρα μάλιστα, μάλιστα πάντων αὐτὸς ἀπέλαυσε μὲν συνεχῶς, ἐνεπίμπλατο δ' οὐδαμῶς. ἀλλ' ἐπεὶ πρὸ βραχέος ἐν ἐσχάταις ἐγεγόνει τοῦ βίου πνοαῖς, ἐννέα λοιπὸν ἡμέραις τῇ τε νόσῳ καὶ τοῖς λογισμοῖς τυραννούμενος ἔκειτο, ὅτε δὴ καὶ μεταξὺ πολλάκις οἷον ἔνθους ἐν ὡριαίοις τισὶ καθιστάμενος διαστήμασιν, ὑποψιθυρίζων τε ἐφαίνετο πρὸς ἀέρα, καὶ σφόδρα δήπου δίκας ὧν
40 ἐπεπράχει βιαίως ἀπαιτουμένῳ ἐῴκει. καὶ μὲν δὴ τά τ' ἄλλα λέγων ἦν, καὶ ὡς ἄκων τῆς αἱρέσεως ἥττηται ταυτησί, τέλος δ' ἑαυτὸν ἀνειληφὼς καὶ οἷον ἀναπεπνευκὼς ἐλευθέριον, ὅσα τῶν Παλαμικῶν δογμάτων τε καὶ βιβλίων παρὰ τὸν οἶκον ἔτυχεν ἔχων, ὅλαις ἐζητήκει προθέσεσι τῆς ψυχῆς, καὶ εἰληφὼς εἰς φλόγα παραχρῆμα χερσὶν οἰκείαις καθῆκε προσενεχθέντος πυρός, καὶ τοιαδὶ πεπαρρησιασμένῃ τῇ γλώττῃ φθεγγόμενος. "ἐγὼ" φησιν "ἐς τἀκριβὲς εἰδὼς ὁπόσης καὶ οἵας γέμει ταυτὶ τὰ βιβλία τῆς ἀσεβείας, ὅμως πῶς μὲν θηρώμενος δόξαν πῶς δὲ καὶ δεδιὼς τὰς αὐθεντικὰς ἀπειλάς, καὶ ἅμα τὴν σύνοικον παραμυθεῖσθαι πενίαν ἐπιτηδεύων, ἔλαθον παρὰ πᾶσαν δήπου πεπραχὼς τὴν ἐμαυτοῦ συνείδησιν, καὶ τοῖς οὕτω μοχθηρίας ἔχουσι δόγμασιν ὑποκεκυφώς. πρὸς γοῦν θεοῦ, τὴν παροῦσαν ἐμὴν ἐξαγόρευσιν οἱ παρόντες ἀκούον-

divitiarum temporariarum causa dogmata Palamica amplexus, ut ipse melius scis, oppido subiectos atque serviles prae se tulit mores. quare earum rerum, quas maxime appetebat, maxima copia continenter quidem fruebatur; sed nunquam tamen satiebatur. verum enim vero quum nuper extremam ageret vitae animam, morbo atque cogitationibus cruciatus per novem deinceps dies lecto erat affixus, quibus saepe quasi divinitus concitatus singulis fere interpositis horis ad aerem submurmurare aliquid videbatur neque aliter se gerebat ac si poenae abs eo repeterentur earum rerum, quas audacter perpetrasset. atque quum alia dixit tum invitum sese ad hanc haeresin applicuisse. ad extremum autem sese recipiens et quasi libere respirans Palamica dogmata atque libros, quoscunque domi habuit, omni animi affectu conquisivit, conquisita in flammam ignis allati suis manibus iniecit, talia fere libero ore effatus: „quamvis haud ignorarem, quanta atque quali impietate hi libri scaterent, tamen partim gloriam affectans, partim principum comminationes metuens, partim egestatem mecum habitantem lenire studens, contra omnem meam conscientiam agebam et tam improbis dogmatis me subiiciebam. per deum igitur vos, qui adestis

τες, ὑπὲρ τῆς ἐμῆς τῷ θεῷ ταλαιπώρου ψυχῆς συνεύξασθαι προθυμήθητε, δέομαι." καὶ οὕτω τοῖς τοιούτοις ἀνὴρ ἐκεῖνος συναπέψυξε ῥήμασιν. ὅθεν ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις ἀνὰ πᾶσαν διεσκεδάσθη τὸ πρᾶγμα τὴν πόλιν, καὶ σφόδρα διατεθρύλληται, ἕως καὶ εἰς βασιλικὰς ἰὸν ἀκοὰς σιωπᾶσθαι προστέτακται. καί μοι ἐπιεικῶς ἔδοξεν ἱκανὸν εἰς διόρθωσιν τῆς τοῦ Παλαμᾶ δυσσεβείας εἶναι τουτί, εἰ μὴ ἐμποδὼν αἱ τοῦ βασιλέως κατέστησαν ἀπειλαί, ἢ μᾶλλον εἰ ζώσας εἶχον ἐπίσκοποι τὰς ψυχὰς καὶ μὴ τεθνηκυίας τῷ δέει τῆς ἀγροικίας, καὶ ἥκιστα διὰ δόξαν καὶ τρυφὴν συνευδοκεῖν ταῖς ἀρχαῖς ἐβούλοντο τοῦ παρόντος αἰῶνος.

Ἓν μὲν δὴ τοῦτο τοῖς σοῖς ἐκείνοις ἀκόλουθον λόγοις 47
συνεβαλόμην ἔγωγε πρότριτα γεγονός· δεύτερον δέ, τὸ ἔθνος τῶν Ῥὼς οἶσθα ὡς πολυανθρωπότατόν τέ ἐστι καὶ τόπον εὐδαίμονα λίαν οἰκοῦν. πλοῦτον γὰρ ἐκεῖθεν ἴσχει παντοδαπόν, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, οὐδενὸς ἀχορήγητόν ἐστι τῶν ὅσα πρὸς ἄφθονον χάριν ὁρᾷ τῶν ἐπιτηδείων. καὶ πρός γε νόμοις ὀρθοδοξίας οὐδαμῇ σαλευομένοις ἕπεται κατά γε τὸν ἁπλούστερον καὶ ἀπράγμονα τρόπον, ἐξ ὅτου περ αὐτὴν τὰς εὐχὰς ἀνειλήφει. ἔτυχε δ' οὖν κἀν τούτοις τοῖς χρόνοις τὸν ἐπισκοπικὸν ἐκείνοις θρόνον κοσμῶν καὶ τὴν ψυχικὴν τοῦ ἔθνους ἐπιστασίαν ἀνειλημμένος ἀνὴρ συνετός, " ὡς οἶσθα, καὶ τῶν θείων f. 122 a.
κανόνων καὶ νόμων ἐξ ἔτι νέου πεῖραν ἐκ τῆσδε τῆς μεγίστης

meamque confessionem auditis, animae meae calamitosae salutem precari velitis, rogo atque obsecro.“ haec locutus homo animam efflavit. inde multos dies res per urbem dispersa omnium rumoribus differebatur, donec ad aures imperatoris perveniret, qui eam silentio opprimi iussit. atque mihi illud perquam idoneum videbatur ad Palamae impietatem corrigendam, nisi imperatoris minae impedimento fuissent aut potius, si episcopi vivos animos, non timore rusticitatis emortuos haberent neque ulla ex parte propter gloriam et luxuriem principibus huius saeculi assentiri vellent.

Hoc unum nuper factum, quod a tuis verbis non abhorret, ego adiunxi; secundum autem hoc est: scis gentem Russorum hominibus copiosissimam esse locosque felicissimos incolere, unde varias divitias habet neque quidquam deest, ut omnia una comprehensione complectar, quod ad largam rerum copiam pertinet. praeterea legibus verae fidei nunquam fluctibus iactatis ratione simpliciore et incuriosa obsequitur, ex quo tempore fidem precibus suis consecuta est. his temporibus igitur episcopalem sedem ornavit atque animos hominum suo imperio direxit vir, ut ipse scis, prudentissimus divinarumque normarum atque legum inde a pueritia in hac maxima urbium cognitione

τῶν πόλεων ἠθροικὼς ἀκριβῆ. καὶ ἵνα συνελὼν εἴπω, τοὺς νέους κἀκείνῳ πεπόμφασι τόμους οἱ τῆς Παλαμικῆς θιασῶται φατρίας, εἰς τὸν οἰκεῖον τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας κρημνὸν ἐκκαλούμενοι καὶ αὐτόν, ὥσπερ ποιεῖν εἰώθασι ταυτὶ πρὸς ἁπάσας πόλεις καὶ χώρας. ὁ δ' ἀναγνούς, καὶ ἰδὼν τῶν βλασφημιῶν ἐκείνων τὸ σμῆνος καὶ τὴν Ἑλληνικὴν πολυθεΐαν ἁπασῶν ἐκεῖ προεδρευούσας πάνυ δεσποτικῶς, κατὰ γῆς τε ἔρριψεν εὐθύς, καὶ τὰ ὦτα φραξάμενος ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς ἀπεπήδησε τάχιστα. καὶ λοιδορίας μάλα μακρὰς γεγραφὼς μετὰ τῶν εἰκότων ἐκ τῆς θείας γραφῆς ἐλέγχων καὶ ἀποδείξεων, ἐπεπόμφει ξύν γε τῷ πατριάρχῃ τοῖς ἐπισκόποις, πολυθέους τε καὶ ἀθέους τούτους ἀποκαλῶν καὶ σφόδρα ἀναιδεῖς τῶν πατρίων ἀθετητὰς καὶ διώκτας δογμάτων, καὶ ἅμα τοῖς προσήκουσιν ἀναθέμασιν ὑποβάλλων.

40 Καὶ τὰ μὲν ἐκ Ῥωσίας γράμματα τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον, καὶ οὕτω τοὺς κακοσχόλους τούτους ἐξήλεγξε μέν, οὐκ ἐμάλαξε δέ. τεθαύμακα δ' ἔγωγε πῶς τἄλλά γε ἀμαθεῖς ὑπάρχοντες οὗτοι τοῦτο φρονίμως οἰκονομοῦσι, πρὶν ἔκπυστον φθῆναι γενέσθαι, πάσαις ἀπειλαῖς αὐθεντικαῖς συστέλλοντες καὶ φόβοις, καὶ τάφῳ φάναι σιγῆς ἐν βραχεῖ συγχωννύντες, οἶμαι, τὸν πονηρὸν οἰκονόμον ἐκεῖνον μιμούμενοι, οὗ τὴν ἐν χρήμασι μεμηχανημένην οἰκονομίαν ἐν εὐαγγελίοις ὁ κύριος ἐπαινῶν, εἶτα τῷ αἰωνίῳ παραπέμπει πυρί.

accurata imbutus. ut paucis rem comprehendam, huic quoque viro Palamicae sectae sodales novos Tomos miserunt, in praeceps ipsorum interitus barathrum eum vocaturi, qua quidem ratione in omnes urbes locosque grassari solent. ille vero iis perlectis quum blasphemiarum examen atque Graecum polytheismum superbissime in iis dominantem videret, in terram statim eos abiecit auribusque a nefaria auditione munitis inde quam celerrime se proripuit. magnas vero criminationes cum argumentis atque demonstrationibus ex sacra scriptura petitis conscripsit et patriarchae episcopisque misit, appellavit eos polytheos et atheos impudentissimosque patriorum dogmatum eversores atque persecutores, anathema denique, quod par erat, in eos coniecit.

Atque scriptum ex Russia missum sic se habebat et sic istos, qui in malis rebus tempus terunt, coarguit quidem, attamen non infirmavit. miror autem, quomodo isti, licet alioquin stulti sint, hoc tamen prudenter faciant, ut, priusquam tale quid in vulgus innotescat, comminationibus quibuslibet severis atque terroribus reprimant et veluti silentii sepulcro brevi tempore condant; imitantur, opinor, malum illum dispensatorem, cuius callidam pecuniarum dispensationem dominus in evangeliis collaudat, collaudatum aeterno igni mandat."

Ἐβουλόμην καὶ τρίτον προσθεῖναι διήγημα, τῶν εἰρη- 49
μένων οὐχ ἧττον εἰς ἔλεγχον τῆς τῶνδε τῶν ἀνδρῶν ἀσεβείας. ἀλλά σε πρὸς τὴν ἀκοὴν ἀηδῶς θεώμενος ἔχοντα, τὸν νοῦν ἔκ τε ἀκοῆς εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λοιποῦ μεταφέρειν ἔγνωκα δεῖν, ἵνα τι τῆς σῆς ἀπολαύσαιμι γλώττης, πρὶν τῶν δημίων ἐνίους φυλάκων ἐληλυθότας ἐπιταράξαι καὶ διακόψαι τὴν ἡσύχιον ὁμιλίαν ἡμῶν ταυτηνὶ καὶ ἀπ' ἀλλήλων ἡμᾶς διαστῆσαι.

Πάνυ καλῶς τε ἐμῆς ἐστοχάσω γνώμης καὶ διανοίας 50
διὰ τῶν ἔξωθεν ἠθῶν, καλὲ Ἀγαθάγγελε. διὸ τὰ τῶν ἄλλων εὐφήμως θεατρίζων ἐγκλήματα, τὰ καθ' ἑαυτὸν ὅρα καὶ γνῶθι σαυτόν. τοῖς γὰρ κακοῖς ἀρκεῖ τὸ κακοῖς εἶναι, καὶ τὴν δίκην ἔχουσιν αὐτόθεν ἀποχρῶσαν. ἄλλως τε καὶ κηλῖδας οἶδά τινας ἐναποματτομένην ἐντεῦθεν τὴν ἀκοήν, καί τι νέφος ἀθροίζουσαν τῇ ψυχῇ δυνάμενόν πως ἐπιθολοῦν καὶ ἀμβλύνειν μὲν τὸ καθαρὸν καὶ ἄυπνον ἐκεῖνο τοῦ νοῦ, ἐξυπνίζειν δὲ τὸ τῆς ψυχῆς ἐμπαθές. ὅσῳ γὰρ δυσεργόν τε καὶ δυσκατόρθωτον πέφυκε τἀγαθόν, ἄυπνον τὸν διάβολον ἔχον πολέμιον, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὴν τῶν λογισμῶν ἐπιβοσκόμενον χώραν καὶ μεθαρμόζοντα πρὸς τὸ χεῖρον ἀεὶ τὴν τῶν χρηστοτέρων ἕξεων ἰδέαν, τοσούτῳ ῥᾳδίαν τῆς κακίας ἡ κτῆσις ἔχει τὴν πάροδον καὶ οἷον κατὰ πρανοῦς φερομένην, ἅτε σπερματικάς τινας καὶ οἰκογενεῖς κῆρας ἐχούσης τῆς ἀν-

Vellem equidem tertiam quoque adiungere narrationem, quae non minus quam priores hosce homines impietatis redargueret. attamen quum hunc sermonem moleste te ferre videam, animum iam ab auditione convertendum cognovi ad auditiones, ut fructum aliquem tuae linguae percipiam, priusquam ex custodientibus nos carnificibus quidam aggressi tranquillam familiaritatem turbent atque dirimant et alterum ab altero seiungant."

„Optime meam sententiam atque consilium ex externis moribus assecutus es, optime Agathangele. quare aliorum crimina bonis verbis in promptu ponens te adspice et temet ipsum cognosce. Improbis enim hominibus iam sufficit, quod sunt improbi et inde satis poenae ferunt. huc accedit, ut maculis quibusdam inde aures adspergantur et nubem quandam colligant, quae animum sordibus inficere puritatem illam atque vigilantiam mentis hebetare, cupiditates excitare possit. ut enim bonum sua natura operosum est ac difficile, quum diabolum vigilantem inimicum habeat, qui die noctuque animum depascit et semper meliores affectus in peius declinat, sic facilem et veluti per pronum praecipitantem aditum improbitas sibi parat, quippe quum

f. 123 a. θρωπίνης ἐκείνης ψυχῆς ἐν τῇ πρὸς " τὴν σάρκα κοινωνίᾳ ταύτης οἱονεὶ κοιμωμένας. διὰ γὰρ τοῦτο κἀγὼ τῶν τοιούτων ἀποσχόμενος ἀφηγήσεων, καὶ μάλα τι πλείστας ἔχων διεξιέναι, σιγῇ παρέσχον τὴν γλῶτταν. φέρε τοίνυν τῶν δημοσίων πραγμάτων ἐχόμενος, ὅπου τὸ πρότερον ἴχνος τοῦ λόγου σὺ καταλέλοιπας, λέγε κατὰ τὸ συνεχὲς ἡμῖν, ἀναμιμνησκόμενος τῶν εἱρμῶν ἐκείνης τῆς ἀφηγήσεως, μάλα σοι πρόθυμον ὑπέχειν βεβουλημένοις τὴν ἀκοήν.

51 Εὖ μὲν λέγεις, ὦ φίλη μοι κεφαλή, συγγινώσκειν δ' οὖν σε δεῖ, καὶ μὴ πάνυ μοι μέμφεσθαι. οὐ γὰρ βουλόμενος λοιδορεῖν, ἀλλ' ἱστορίας εἶναι καὶ ταυτὶ συμμαχίαν ἡγούμενος τὴν βελτίστην, ἐγὼ διεξῄειν σοι μήπω πυθέσθαι μηδ' ὁθενοῦν ἐσχηκότι καινότερα ὄντα. μέμνημαι γάρ σου πολλάκις εἰπόντος ὅτι καθάπερ ἐν ἁρμονίᾳ πολυμιγέων ἕνωσις γίνεται καὶ δίχα φρονεόντων συμφρόνησις, καὶ ὥσπερ ὁμοίως ἐν ταῖς οἰκοδομίαις λίθοι τε καὶ ξύλα καὶ πηλὸς καὶ χάληξ καὶ τοιαύτη τις ἄλλη πολυειδής τις συμφόρησις ἥκει πρὸς τοὔργον, οὕτω κἀνταῦθα τῇ ἱστορίᾳ πάντων δεῖν τῶν τοιούτων· μίαν γάρ τινα τοῖς μετιοῦσι γίνεσθαι τὴν ὠφέλειαν ἐξ ἀμφοῖν, τὰ μὲν ἀγαθὰ μιμουμένοις διὰ τὸν πόθον τῶν ὕμνων, τὰ δὲ χείρω φυλαττομένοις διὰ τὴν πρὸς τὰς λοιδορίας ἀπέχθειαν.

52 Ἀλλὰ μετιτέον ἡμῖν ἐστὶ λοιπὸν ἐς Ὑρκανὸν τὸν τῶν

animus humanus ingenitas quasdam atque insitas habeat pestes, quae in coniunctione eius cum carne quasi dormiunt. quare ego tales narrationes, quamquam eiusmodi permultas referre possum, silentio praeterii. agedum ad publicas res reversus, ubi superioris vestigium narrationis reliquisti, inde continenter ordinis memor nobis res exponas lubentissime tibi audientiam praebentibus."

„Bene dixisti, carissimum mihi caput, veniam mihi dare neque me vituperare debes; nam non ut calumniarer, sed illud quoque pulcherrimum historiae adiumentum esse arbitratus, haec tibi enarrabam recentiora, quae tu nullo pacto aliunde audire potueris. memini autem te saepe dicere, ut in harmonia variarum rerum coniunctio atque inter se discordantium concordia esset et ut simili ratione in aedificiis lapidum, lignorum, luti, calcis, aliarum eiusmodi rerum multiformis conglutinatio ad opus afferretur, sic etiam historiae talibus opus esse. unam enim quandam utilitatem ad legentes ex ambobus redundare, ut bona imitarentur ob cupiditatem laudationum, mala caverent ob odium ignominiarum.

Sed iam nobis est redeundum ad Hyrcanum, Bithynorum barba-

Βιθυνῶν ἡγεμόνα βαρβάρων· ἐκεῖ γὰρ ἡμῖν ὁ τῆς ἀφηγή-
σεως ἐκείνης εἱρμὸς καταλέλειπται. τὰ γὰρ κατὰ τῶν πρέσ-
βεων ξυμπεπτωκότα αὐτοῦ πυθομένῳ ἐκείνῳ ἥκιστ' ἀποχρῆ-
ναι ἔδοξε μέχρι τῆς ἀπειλῆς ἑστήξειν τὰ τῆς ἀμύνης, ἀλλὰ
σατραπικὰς μὲν προὔπεμπε τὰς ἀπειλὰς καὶ μάλα ἀτόπους,
βαρβαρικώτερα δὲ καὶ μάλα ἀτοπώτερα ταῖς ἀπειλαῖς προσ-
ετίθει τὰ πράγματα. καὶ μὲν δὴ τῶν μὲν υἱέων προστετα-
χὼς τὸν πρῶτον δι' Ἑλλησπόντου κατὰ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης Ῥω-
μαϊκῶν περαιοῦσθαι χωρίων, αὐτὸς ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων τῆς
Βιθυνίας πόλεων κατῄει, πολλὴν ἐπαγόμενος λόγχην ἐπὶ τὰ
τῆς Χαλκηδονίας ἱππήλατα γῆς, παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ὅπῃ τη-
νικαῦτα καὶ τὸν Γεννουιτικὸν συνέβαινεν ἵστασθαι στόλον δι'
οὓς ἔφθημεν τρόπους εἰπόντες. κἀκεῖθεν ὡς ἀπὸ δίφρου δεσ-
ποτικοῦ τούς τε πρέσβεις μετὰ τῶν χρημάτων ἀπῄτει, καὶ
ἀπειλὰς τῶν προτέρων μείζους πολλῷ προσετίθει, αὐτίκα
μάλα κατὰ τῆς Βυζαντίων πόλεως διαπεραιοῦσθαι ὑπισχνού-
μενος, εἰ μὴ λάβοι μετὰ πάνυ μακροῦ τοῦ ὑπερβάλλοντος
ἅπαντα. τοὺς μὲν δὴ οὖν ζῶντας τῶν πρέσβεων, καὶ ὅσα τῶν
χρημάτων ἀνερευνώμενα ξυνελέγετο πρὸς τῶν διανειμαμέ-
νων, ... ὁ βάρβαρος ἀεὶ τὰ λείποντα σφοδρῶς τε καὶ λίαν
ὑπερηφανῶς " ἐνέκειτο ἀπαιτῶν, καὶ ἀεὶ λαμβάνων ἀεὶ ζη- f. 123 b.
τῶν ἦν, τὰ ψευδῆ προστιθεὶς καὶ προφασιζόμενος. τέλος δὲ 58
στρατιὰν ἑτέραν τῶν υἱέων τὸν δεύτερον εἰληφότα διαπεραι-
οῦσθαι προσέταττε τὸν τοῦ Πόντου αὐχένα διὰ Γεννουιτικῶν

20 . . . .] κομισάμενος?

norum principem; in eo enim nostrae narrationis ordo substitit. qui quum cognovisset, quid legati passi essent, haudquaquam ultionem minis tantum contentam esse debere arbitratus non solum satrapae ritu minas admodum insolentes iactavit, verum etiam facta adiecit immaniora et insolentiora. filio enim maximo natu imperavit, ut Hellesponto traiecto ad locos Romanos in Thracia sitos appelleret; ipse autem ex superioribus Bithyniae urbibus magno cum exercitu in plana loca Chalcedoniae descendit secundum oram, ubi tum etiam classis Genuensium constituta erat et causis supra expositis. inde veluti ex solio tyrannico legatos cum opibus reposcit minasque addit prioribus multo vehementiores, se nimirum protinus ad urbem Byzantiorum traiecturum esse, nisi omnia magno cumulo aucta reddantur. quamquam vero legatos, qui quidem adhuc in vivis essent atque res, quae ab iis, qui eas inter se diviserant, requisitae colligi possent, recepit barbarus, vehementissime tamen ac superbissime, quae deerant, usque repetebat et, quo plus accepit, eo plus poscebat, mendaciis additis atque praetextis. ad extremum filium secundum cum al-

νεῶν, καὶ ξυμμῖξαι κατὰ Θρᾴκην τἀδελφῷ, ὡς ὁμοῦ γενομένων τῶν στρατευμάτων ἀμφοῖν τά τε πρὸ ποδῶν πάντα δῃῶσαι, καὶ ἅμα ἐξ ἐφόδου καὶ ἐς τὴν Μυσῶν ἐσβαλεῖν χώραν. ὃ δὴ τάχιστα πρόσταγμα πεπραχότες ἐκεῖνοι, ἡμερῶν μεταξὺ μικρῶν ἐπανῄεσαν ὑπὲρ ἀριθμὸν ἐλαύνοντες, οὐ Μυσῶν λείαν μόνον, ἀλλὰ τὴν πλείω Ῥωμαϊκήν, μᾶλλον δ' εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, τὴν πᾶσαν Ῥωμαϊκήν· ἄποικοι γὰρ κἀκεῖνοι Ῥωμαίων ὑπῆρχον, διὰ πενίαν πρὸ ἐτῶν οὐ μάλα μακρῶν ἐκεῖ μετοικήσαντες. διὰ γὰρ τὸ καὶ τὰς ἐκεῖ πόλεις εἶναι τῶν πρὶν βεβασιλευκότων Παλαιολόγων οἰκοδομὰς καὶ ὅρια τῆς τότε Ῥωμαίων ἡγεμονίας, ἔπειτα Μυσοῖς τισὶν ἡλωκυίας ὑπείκειν ἀρτίως, συμβαίνει καὶ κύκλῳ περὶ αὐτὰς τοὺς ἐντεῦθεν ἐκεῖ διὰ πενίαν ἑκόντας, ὡς εἴρηται, μεθισταμένους ἐκ τοῦ σύνεγγυς
54 αὐτόθι κληροῦσθαι τὴν δίαιταν. ἄρτι τοίνυν μέχρι μὲν ἐς τάσδε τὰς πόλεις τῆς βαρβαρικῆς γενομένης ἐφόδου, περαιτέρω δ' οὐ δυνηθείσης διὰ τὴν τῶν τῆς γῆς ἐκείνης ἀρχόντων πρόνοιαν, πάντας συνεπεπτώκει Ῥωμαίους μὲν εἶναι τοὺς ἀπαχθέντας ἐκεῖθεν, Μυσοὺς δ' ὀνομάζεσθαι διὰ τὸ Μυσοῖς ἐκ πολλοῦ καὶ αὐτοὺς ὑπηκόους γενέσθαι. τὴν μέντοι λείαν εἰς Ἀσίαν οἱ βάρβαροι πέμψαντες πᾶσαν ἐκείνην, οὐ πρότερον αὐτοί τε ἐντεῦθεν ἀπαλλάττειν ἤθελον, πρὶν ταῖς ἐν Χερρονήσῳ πόλεσιν ἐπιθεῖναι φόρους, καὶ τοὺς μὲν ἤδη λαβεῖν, τοὺς δ' ἐτήσιον ἀναγκάσαι σφίσι διδόναι συνθέσθαι

tero exercitu Ponti fauces transvectum cum fratre in Thracia sese coniungere iussit, ut in unum locum coactis copiis obvia quaeque vastarent et incursione Mysorum quoque terram infestarent. iussa illi quam celerrime executi paucis diebus recessere, innumerabili non solum e Mysis, sed maxime e Romanis vel potius, si verum dicendum est, cuncta praeda e Romanis facta. quia enim urbes illic sitae Palaeologorum pridem imperantium sedes erant atque imperii Romani tunc fines, deinde captae Mysis se summisere, usu venit, ut circumcirca eas ii, qui hinc eo, ut dictum est, ultro ob egestatem transmigrarunt, in locis vicinis vitam degant. quum igitur impetus barbarorum modo usque ad hasce urbes extenderetur, amplius autem ob providentiam principum huius terrae progredi non posset, factum est, ut, qui inde abducerentur, omnes Romani essent, Mysi autem appellarentur propterea quod multum temporis Mysis subiecti erant. praeda omni in Asiam transportata barbari non ante inde recedere volebant, quam urbibus in Chersoneso sitis tributa imponerent eaque partim statim acciperent, partim in singulos annos sibi daturos promittere eos cogerent, ut etiam Thraciae despotis iam imposuerunt. sed a bar-

δασμόν, ὡς καὶ Θρᾴκης ἤδη καταστᾶσι δεσπόταις. ἀλλὰ πρὸς μὲν βαρβάρων τοιοῦτος ἐπιπολαίως ἄρτι διέσπαρται λόγος ὥσπερ προαναφώνησις καὶ προμάντευμα, οὔπω μέντοι τὸ κῦρος ἔσχεν, οὐ μάλα τι ἐθελόντων ἑκόντων συνθέσθαι Ῥωμαίων. διὸ οὐδ' αὐτοῖς γε ἀπαλλάττειν ἐκεῖθεν γεγένηται πρὸς βουλήσεως, ἀλλ' ἐκάθηντο ἀνακάσπαστα δῃοῦντες ἅπασαν Θρᾴκην νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀεί.

baris talis sermo modo leviter sparsus tanquam praedictio et praesagium quoddam nondum ad effectum adductus est, quum Romani ultro cum iis rem componere haudquaquam in animum inducere velint. quare et ipsi inde recedere nolunt, sed illic assidue totam Thraciam noctu diuque vastant.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ ΚΖ.

f. 123 b. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, κἀνταῦθα τῆς διηγήσεως ἥκοντος τοῦ Ἀγαθαγγέλου, φροντίδες ἕτεραί μοι τὸ λογιζόμενον ἀνθέλκουσαι τῆς ψυχῆς απησχόλησαν οὐ μάλα τι ἀγεννεῖς· τὰς γάρ τοι πολλαχόθεν ἐμοὶ τῶν νοσημάτων ἄλλοτ' ἄλλας παρεισρυείσας κῆρας καὶ τύχας ἐς πάνυ τι μοχθηρὰν συμμαχίαν τῶν τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνων ἰούσας ὁρῶντι διά τε τὸ τῆς καθείρξεως ἐπιεικῶς ἰταμὸν ὁμοῦ καὶ παντάπασιν ἀπαράκλητον, καὶ ἅμα τὸ τῆς ἐλευθερίας ἢ μικρᾶς γοῦν τινὸς ἀνέσεως δύσελπι (τὸ γὰρ θηριῶδες οὔτ' ἔληγε τῶν διωκτῶν οὐδαμῇ καὶ πρός γε πλείω τὴν τοῦ αὔξειν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ὁλκὴν ἀνῃρεῖτο), δέος ἐμοὶ τῶν πάνυ μεγίστων περικεχύσθαι ξυνέβαινεν, ἀναπολοῦντι μὴ ὃν αὐτοὶ καθ' ἡμῶν ἀεὶ μηχανῶνται θάνατον ἐπιγένηται, πρὶν ἡμᾶς αἰσθέσθαι,
f. 124 a. „καθάπερ ἐκ λόχου λῃστής. ἤδη τοιγαροῦν τῆς τότε νυκτὸς

5. Ὅτι δολοφονίαν ὑποπτεύσας ὁ Γρηγορᾶς ἑτοιμάζεται πρὸς θάνατον margo codicis.

NICEPHORI GREGORAE HISTORIAE ROMANAE LIBER XXVII.

Quae quum ita se haberent, quumque huc narrationem Agathangelus perduxisset, curae aliae et hae quidem non mediocres mentem perturbabant. etenim multas ac varias ex aegritudine miserias et sollicitudines obrepere simul et in graves capitis cruciatus coire sentiebam; et quum custodia plena esset immanitatis neque ullum omnino admitteret solatium, etiam omnis spes libertatis vel ad exiguum temporis spatium recuperandae evanuisset, siquidem persecutorum furor nondum deferbuerat, sed potius plures noctu diuque in vincula

περὶ τρίτην γενομένης φυλακήν, ἐν ᾧ τῆς ὥρας ἑκασταχόθεν οἱ [τῶν φροντιστηρίων ἀνθαμιλλώμενοι κώδωνες, καὶ συχνὰ τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς θορυβοῦντες ἀέρα, τοὺς τὸν μονήρη βίον ἀνῃρημένους ἐς τοὺς κοινούς τε ἀθροίζουσιν ὕμνους καὶ τάς γε πρὸς θεὸν κατὰ τὸ σφίσιν εἰωθὸς ἀεὶ δοξολογίας, τὸν Ἀγαθάγγελον αὖθις ἀψοφητὶ διὰ τῆς θυρίδος ἔγωγε ἐνεχείρουν προπέμπειν, καθάπερ Νῶε πάλαι φασὶν ἐκεῖνον ἐκ κιβωτοῦ τὴν περιστεράν, μαθεῖν εἰ ὁ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας λωφᾶν ἐπεχείρει κατακλυσμός. εἰ δ' οὖν, δύο ταυτὶ τουφὶ προσανατίθεσθαι τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐδόκει μοι, πρῶτον μὲν προσιόντα τῷ δεῖνι τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν καὶ συνήθων ἐμοὶ κομίζειν ἐκεῖθεν μερίδα τῆς θείας σαρκὸς τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν καὶ ἅμα ἀντιδώρου τεμάχια πλείω. ἃ γὰρ ἔχειν ἐμοὶ περιῆν, ἐκ πολλοῦ δεδαπανῆσθαι συμπέπτωκε· καὶ νῦν ἐπεί μοι, καθάπερ κηρίον μέλιτται, πανταχόθεν τοῖς τοὐμοῦ θανάτου δημιουργοῖς κραταιότερον ἐπιτίθεσθαι δέδοκται, ἀναγκαῖον, εἴ πέρ ποτε, νῦν μάλιστα δέδοκται κἀμοὶ προσεχέστερον ἀνθοπλίζεσθαι καὶ ταῦτα δὴ πρὸς ἁγιασμὸν καὶ μετάληψιν ἐκ τοῦ σύνεγγυς ἔχειν, ἀντ' ἄλλης εἰπεῖν ἀκροπόλεως καὶ κράνους καὶ τόξων καὶ θώρακος. πρῶτον μὲν οὖν δὴ τοῦτο προσανεθέμην Ἀγαθαγγέλῳ, δεύτερον δὲ τῶν φίλων ἑκάστοις ἰδίᾳ καὶ ἡσυχῇ προσιόντ' ἀξιοῦν τῆς ἐμῆς ὑπερεύχεσθαι ταλαιπώρου ψυχῆς· οὐ γάρ, οἶμαί γε,

rapiebantur, accidit, ut ob res gravissimas metu afficerer. id enim mente agitabam, ne mors quam mihi machinabantur subito nec opinato me comprimeret tanquam latro ex insidiis. Itaque tertia iam vigilia, quo tempore undique cellarum tintinnabula sonantia et super caput aera continuo crepantia, monachos ad hymnos coniunctim decantandos et consuetam dei celebrationem convocant, Agathangelum rursus silentio fores emittere conatus sum; quemadmodum Noham dicunt e navi emisisse columbam; ut, num dei ecclesiae eluvio intermittere coepisset, videret. et haec duo vel maxime necessaria ei commisi. primum ut ab uno e viris sanctis mihique coniunctis particulam divini carnis salvatoris Christi et dei nostri, simulque panis consecrati plura frusta mihi expeteret. quae enim domi habebam, ea saepius edendo consumta erant. iam vero quoniam sicut apes ceram, insidiatoribus tradere me fortiorem necesse erat, animum ad constantiam colligere studebam; idque ut sanctificatione sanctaque communione loco arcis propugnaculorum, galeae, pilorum, thoracis efficere possem cupiebam. haec igitur primum Agathangelo commisi. deinde, ut singulos quosque amicos privatim et silentio adiret et hortaretur, propter me mi-

ἔφασκον ἔτι με ζῶντα θεάσασθαι σφᾶς· θεάσονται δ' ἴσως ἐξαίφνης συρόμενον τὸν ἐμὸν τοῖς διώκταις νεκρὸν καὶ βρῶμα κυσὶ καὶ ὀρνέοις τῆς πόλεως ἔξω ῥιπτόμενον· τοῦτο γὰρ ἐκ πάνυ πολλοῦ κεκύρωταί τε καὶ ὥρισται σφίσι, πρᾶγμα, εἰ καὶ μὴ τὸν ἴσον τρόπον, ἀλλ' οὖν εὐκταιότατον μάλα γε ἑκατέροις ὄν, ἐμοὶ μὲν ὡς ἐλπίδων ἀρχὴ στεφανηφορουσῶν ταὐτὰ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἠγωνισμένοις πάλαι ἐκείνοις ὑφισταμένῳ, σφίσι δ' ὡς πέρας τῶν ἐφ' ἡμᾶς ἐκείνων καὶ δρόμων καὶ μόχθων, τὰς ἐμὰς διηνεκῶς δεδιόσι γραφάς.

2 Πρὸς ταῦτα περιαλγής τε καὶ ἔνδακρυς Ἀγαθάγγελος
γεγονὼς ἐφ' ἱκανὸν σεσιώπηκέ τε καὶ ἐκεκύφει· εἶτ' ἀνενεγ-
κὼν καὶ τὴν ἡμετέραν τέως ἀπαλλαγὴν ὑπερθέμενος, εἰ ἐξείη
μὴ τοῦ τὰ θεῖα ἱερουργοῦντος μυστήρια παρόντος χερσὶν
ἰδίαις ὁντινοῦν μεταλαμβάνειν ἤρετο. ἀκηκοὼς δ' ὡς Βασι-
λείῳ τῷ θείῳ καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγοις τουτὶ συγκεχώρηται
τῶν ἁγίων, ἅτε καὶ τοῖς ἔν γε ταῖς ἐρήμοις ἄμικτον πάλαι
βίον ἀσκοῦσι ποιεῖν εἰωθός, καὶ ὅσοι ἐν τοῖς τῶν διωγμῶν
καιροῖς ἑαυτοὺς ὄρεσί τε καὶ σπηλαίοις ἄλλοι ἄλλοις συνέκρυ-
f. 124 b. πτον, " πέπεισταί τε ῥᾷστα καὶ δεύτερον ἠρώτα τουτί, εἰ
ἐξείη δηλαδὴ τῶν ἑτεροδόξων ἐνίοις συνεύχεσθαι καὶ βίας
ἐπειγούσης πρὸς τῶν τοιούτων ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ τῶν θείων

serum precibus deum invocarent. neque enim credo, dicebam, eos iam vivum me reperturos esse. repente fortasse corpus meum a persecutoribus dilaceratum canibus avibusque sub urbis moeniis obiectum offendent. nam haec iam ex longo tempore persecutores apud animum constituerunt, etsi non in hunc modum, tamen ut ita fiant vehementer exoptant. et mihi quidem haec tanquam prima laborum palma videntur, quibus dignus habear, qui rei christianae propugnatoribus adnumerer; illis autem haec finem facient molestarum contentionum et laborum, quos continuo metu scriptorum meorum coacti sunt ut suscipiant.

Haec quum dixissem Agathangelus animo tristi et oculis lacrimantibus aliquamdiu tacuit et oculos in humum defixit. deinde se erexit et libertatis meae spem novam amplexus, num absente sacerdote, qui sacra mysteria faceret, cuilibet licitum esset ipsius manibus dominicum corpus et sanguinem participare, ex me quaesivit. sed quum id audisset sancto Basilio aliisque multis sanctis viris concessum fuisse, itemque qui vitam solitariam egissent vel qui persecutionum temporibus in montes et speluncas confugissent, id facere consuesse, facile sibi persuasit. deinde ex me quaesivit, num licitum esset palam cum infidelibus quibusdam instituere precationes et vi urgente interdum cum iis mysteria agere unaque celebrationes. at ego sta-

Cum etiam alia plurima quae proferam mihi suppetant, aperta et quae ita ut refutari non possint, probent, cum essentia idem esse divinam efficientiam, et universam efficientiam etiam ipsius eius efficientiam, propter multitudinem omitto, cum haec sufficere putem huic colloquio extemporali. dicentur igitur fortasse etiam postea progrediente de tali efficientia oratione. nunc autem demonstrandum est, quomodo adscita definitione divini patres et filium et spiritum sanctum vocent efficientiam et eorum ipsorum efficientiam, utrumque accommodate. atque de filio quidem Athanasius divinus ita dicit: non dubium est, quin ille sit patris viva voluntas, et ad essentiam pertinens efficientia, et ratio vera. de spiritu autem idem ita loquitur: cum unus sit filius ratio viva, unam oportet perfectam et plenam esse vitam illam sanctificam et lucentem, cum sit efficientia eius et dos, quae a patre dicitur proficisci. Cyrillus autem simili modo et ipse, et filius, inquit, est viva et essentiae similis efficientia et vis et sapientia patris, efficientia etiam filii est spiritus sanctus. efficientia dicitur etiam vis, quae cuique rei a natura inest, ut vis calefaciendi

ἐνεργητικῆς δυνάμεως ἀποτέλεσμα ἐνέργεια καὶ ἔργον καὶ ἐνέργημα, ὡς ἔργα καὶ ἐνέργειαι θεοῦ γῆ καὶ οὐρανὸς καὶ τὰ ἐν τούτοις· φησὶ γὰρ ὁ θεῖος ἐκ Δαμασκοῦ Ἰωάννης ὡς ἡ ἐνέρ- f. 141 r. γεια καὶ ἐνέργημα λέγεται, καὶ τοὐναντίον ἐνέργεια τὸ ἐνέργημα, ὡς καὶ τὸ κτίσμα κτίσις. καθ' ὃ σημαινόμενον καὶ τὸν οἶκον ἐνέργειάν φαμεν τοῦ οἰκοδόμου, καὶ τοῦ ναυπηγοῦ τὴν ὁλκάδα. ἐνέργεια λέγεται καὶ ἡ πρὸς τὰ ἐνεργούμενα κίνησις, σχέσις τις οὖσα καὶ μεταξὺ θεωρουμένη τοῦ τε δημιουργοῦντος καὶ τῶν δημιουργουμένων, καθάπερ ἡ τοῦ οἰκοδόμου πρὸς τὸ οἰκοδομούμενον καὶ τοῦ ναυπηγοῦ πρὸς τὸ πλοῖον. ἣ καὶ συμβεβηκὸς οὖσα καθ' αὑτὴν συγκαταλήγει τῇ τῶν ἄκρων λήξει καὶ οὐκέτι ἐστὶν οὐδέν. περὶ ἧς καὶ ὁ θεολόγος ἔφη ὁ θεῖος Γρηγόριος ὡς ἐνεργηθήσεται καὶ οὐκ ἐνεργήσει, καὶ ὁμοῦ τῷ ἐνεργηθῆναι παύσεται, καθάπερ καὶ ἡ μεταξὺ τοῦ ὁρωμένου καὶ τοῦ ὁρῶντος ὅρασις καὶ ἡ μέσον τοῦ γευομένου καὶ τοῦ γευστοῦ γεῦσις. καὶ ὁ Νυσσαέων δὲ θεῖος Γρηγόριος μὴ δύνασθαί φησιν ἐνέργειαν ἀπεργαστικήν τινα πράγματος αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς συστῆναι, μή τινος ὑποδεχομένου τῆς ἐνεργείας τὴν κίνησιν. ἀναγκαίαν γὰρ ἔχειν ταῦτα τὴν σχέσιν πρὸς ἄλληλα τήν τε ἐνεργητικὴν καὶ τὴν παθητικὴν δύναμιν. ὧν εἰ χωρισθείη τῷ λόγῳ τὸ ἕτερον, οὐκ ἂν ἐφ' ἑαυτοῦ συσταίη καὶ τὸ λειπόμενον· εἰ μὴ γὰρ καὶ τὸ

igni inest, et frigerandi nivi, et sentiendi animali, et efficiendi efficienti. etiam efficientis vis perfectio dicitur efficientia et factum et effectum, ut facta et efficientiae dei dicuntur terra et coelum et quae in iis versantur. ait enim divinus Ioannes Damascenus: efficientia etiam effectum dicitur, et ex contrario effectum efficientia, ut etiam creatum creatio, secundum quam significationem etiam domum dicimus efficientiam architecti et navium aedificatoris navem onerariam. efficientia dicitur etiam moveri ad ea, quae efficiuntur, et est ratio quaedam quae intercedit inter efficiens et effectum, ut architectus ad aedificium aceedit, et navium aedificator ad navem, quae motio cum accidens sit per se cum extremorum fine desinit, neque est iam quidquam. de qua etiam divinus Gregorius, theologus ille, ait: efficietur neque vero efficiet, et simulatque effecta est, desinet, ut etiam visus, qui inter visum et videntem intercedit, et inter gustantem et gustatum gustatus. et divinus Gregorius Nyssacus dicit, non posse efficientiam ullam rei efficacem ipsam in se constare, nisi quid recipiat efficientiae motionem. haec enim habere necessariam rationem inter se, activam et passivam vim: quorum si secernatur ratione alterum, non in se constet etiam reliquum; etenim si non sit etiam res patiens,

41 πάσχον εἴη, τὸ ἐνεργοῦν οὐκ ἔσται. ἐνέργεια λέγεται καὶ ἡ πρὸς φαντασίαν ἀντιδιῃρημένη ἀλήθεια κατὰ τὸν θεῖον Κύριλλον, ὡς ἐνῴκησεν ὁ θεῖος λόγος ἐν τῇ πανάγνῳ θεοτόκῳ οὐ δοκήσει ἀλλ' ἐνεργείᾳ εἴτουν ἀληθείᾳ. ἐνέργεια λέγεται κατὰ τὸν θεῖον ἐκ Δαμάσκου Ἰωάννην καὶ τὸ πρῶτον ἐν ἡμῖν συνιστάμενον νόημα, καὶ ἔτι ἡ διὰ γλώττης τῶν νοουμένων φανέρωσις. σύνηθες δ' ἔτι, φησί, καὶ τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ τὴν τοῦ θεοῦ παραχώρησιν λέγειν ἐνέργειαν. λέγεται καὶ πλάνης ἐνέργεια ὥσπερ καὶ δαιμόνων, καθὰ καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐν ταῖς περὶ ἀκαταλήπτου λόγοις ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων εὔχεσθαι παραινεῖ, τῶν δαιμονώντων δηλαδὴ καὶ μεμηνότων. καὶ Παῦλος δὲ "ἀνθ' ὧν" φησὶ "τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἐδέξαντο, πέμψει αὐτοῖς ἐνέργειαν πλάνης εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτούς." ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ ζῴου πᾶσαν οἰκονομίαν ἐνέργειαν οἱ ἅγιοι φασίν, εἴτουν τὰς ζωτικὰς δυνάμεις τάς τε νοερὰς καὶ αἰσθητικάς.

42 Τοσούτων δή σοι προκειμένων σημαινομένων ἅπερ ἡ τῆς ἐνεργείας ὁμώνυμος οὖσα σημαίνει φωνή, πῶς παρατρέ-
f. 141 v. χων ἁπάντων τὴν γνῶσιν καταφεύγεις ἐφ' ἅπερ οὐκ ἔστιν ἐν ταῖς γραφαῖς, καὶ λέγειν συκοφαντεῖς τὰς γραφὰς τὰ τοιάδε; ποῦ γὰρ διαφέρειν ὅλως φησὶν ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης τῆς ἀκτίστου φύσεως τὴν ἄκτιστον ταύτης ἐνέργειαν,

res efficiens non erit. efficientia dicitur etiam visioni opposita veritas secundum divinum Cyrillum, ut versata est ratio divina in sanctissima virgine (dei matre), non specie sed efficientia sive veritate. efficientia dicitur secundum divinum Ioannem Damascenum etiam prima in nobis constans cogitatio, et porro declaratio cogitatorum quae lingua efficitur. consuetudo porro, inquit, etiam divinae scripturae, etiam dei indulgentiam dicere efficientiam. dicitur etiam erroris efficientia ut etiam daemonum; ut etiam divinus Chrysostomus in iis quas de incomprehensis scripsit orationibus ut pro effectis oremus suadet, dementibus nimirum et furentibus. atque Paulus, quia, inquit, veritatem non acceperunt, mittet iis efficientiam erroris usque dum crediderint. sed etiam totam animalis administrationem et dispensationem efficientiam sancti vocant, sive vivendi vires, et intelligendi et sentiendi.

Cum igitur tot significationes tibi propositae sint, quas significat vox, eodem atque efficientia nomine praedita, qui tu praetermissa omnium cognitione confugis ad eas, quae in scripturis non reperiuntur, et scripturas talia dicere falso criminaris. ubi enim differre omnino dicit Ioannes Damascenus ab increata natura increatam eius

ὥσπερ σὺ διαβάλλεις ἀναίδην συκοφαντῶν; χαρακτηρίζειν μὲν γὰρ ἀκηκόαμεν, διαφέρειν δ' οὐδαμῇ τὸν θεῖον ἄνδρα ἐκεῖνον εὑρίσκομεν λέγοντα. εἰ δὲ τὸ χαρακτηρίζειν αὐτὸς ἀντὶ τοῦ διαφέρειν λαμβάνεις, ὥρα σοι λοιπὸν καὶ χαρακτῆρα τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν τῆς γραφῆς ἀκούοντι λεγούσης, ἀνόμοιον τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ κηρύττειν καὶ ἀνούσιον καὶ σφόδρα διάφορον τὴν φύσιν. ἀλλ' ὡς ἔοικε, τὸ φύσει κακὸν ὡς εἰπεῖν, καὶ τὰ τῆς διανοίας ἅπαξ καίρια νενοσηκὸς καὶ τῶν θείων ἐπισφαλῶς ἀπερρωγὸς διὰ ταῦτα δογμάτων, χρόνῳ τὴν ἕξιν οὐκ ἄν ποτ' ἀποτρίψασθαι δύναιτο, ὅτι μὴ καὶ τὴν ἔσθ' ὅτε τοῦ καλοῦ προσποίησιν τάχιστα ἀποσείεται, πράγμασιν αὐτοῖς ἐλεγχόμενον, παλινδρομούσης τῆς φύσεως καὶ ἀναλαμβανούσης ἐκ τοῦ ῥᾴστου τὸ γνήσιον. καὶ σύ γε μὴν ἐν 43
μὲν τῷ γραφικὰς μαρτυρίας προσποιεῖσθαι κομίζειν, οὐχ ὑγιῶς δ' οὖν, τὴν αὐτὸς σαυτοῦ γε ἀμαθίαν ἑκὼν ἐξελέγχεις, ἐν δὲ τῷ καὶ πρὸς ἐπισφαλῆ καὶ δυσσεβῆ διάνοιαν αὐτὰς διαστρέφειν τὴν οἰκείαν ἔτι θεατρίζεις κακόνοιαν. οὐκέτι γὰρ ἀνέλεγκτον ἐς τά γε τῆς ψυχῆς μυσήτρια καθευδήσειν ἐλπίζεται τὸ τῆς κακίας ἀπόρρητον ἄγος· ἐξερρύηκε γὰρ καὶ διαπεφοίτηκεν ἐς ἡλίου αὐγὰς καὶ ἅμα ἐς μυκτῆρα καὶ χλεύην θεάτρου μεστὴν κωμικοῦ. καὶ ἣν μὲν ἐδίωκες ἀπολώλεκας δόξαν πρὸς ἀδοξίαν μετενεγκών· ἣν δ' ἐκάλυπτες αἰσχύνην

efficientiam, sicut tu haec pervertis impudenter criminatus? etenim explicari quidem naturam ab ea audivimus, differre autem eam nusquam invenimus dicentem illum divinum virum. iam vero si tu quidem illam naturae explicationem pro differentia accipis, iam est tibi reliquum, cum audias scripturam dicentem explicationem patris esse filium, ut dissimilem filium patri enunties, et quod ad naturam attinet essentia carentem et valde diversum. sed, ut videtur, quod a natura pravum est, ut ita dicam, et semel periculoso mentis morbo affectum et propterea divinis dogmatis abruptum est in errorem, tempore delere habitum haud scio an nunquam possit, non magis quam interdum habitum pulchri ex poesi pellere potest, celerrime decutitur re ipsa detectum, cum natura redeat et recipiat facillime germanum. et tu quidem simulando te afferre testimonia scripta, insane quidem, ipse stultitiam tuam ultro detegis, quae cum etiam in sententiam vagam et impiam pervertas, iam improbitatem tibi propriam publice exponis. neque enim iam celatum quod ad animi mysteria attinet se dormiturum sperat pravitatis scelus secretum. emanavit enim et divulgata est in solis radios simulque in ludibrium et cavillationem theatri comici frequentem, et gloriam quam assequi studebas perdidisti mutatam

αὐτὸς σαυτοῦ, ταύτης ἤδη τὰ ἀνακαλυπτήρια θύων ὥσπερ ἐν Διονυσίων πομπαῖς οὐκ αἰσθάνῃ.

44 Ὁ δὲ Παλαμᾶς οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀποκρινάμενος ἑτέραν ἐβάδισε, τοῦτο δὴ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ. "εἶτα οὐχ ὁ μέγας" φησὶ "Βασίλειος ἐκ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ θεοῦ φάσκει γνωρίζειν ἡμᾶς τὸν θεόν; αἱ γὰρ ἐνέργειαι αὐτοῦ, φησίν, πρὸς ἡμᾶς καταβαίνουσιν, ἡ δ' οὐσία αὐτοῦ μένει ἀπρόσιτος. ταύτας οὖν τὰς ἐνεργείας ἔχει ὁ θεὸς ἄλλος ὢν ἄλλας οὔσας καὶ ἀκτίστους· αὗται γάρ εἰσιν αἱ πρόνοιαι, αἱ πρόοδοι, τὸ ἄπειρον, τὸ ἄτρεπτον, τὸ ἁπλοῦν, τὸ ἄναρχον, τὸ ἀτελεύτητον, ἡ σοφία, ἡ δύναμις καὶ τὰ τοιαῦτα, ἄλλα μὲν ὄντα παρὰ τὴν οὐσίαν, ἄκτιστα δέ· ἄλλο γὰρ τὸ ἔχον καὶ ἄλλο
f. 142 r. τὸ ἐχόμενον καὶ διάφορον."

45 Πρὸς ταῦτα ὁ Γρηγορᾶς ἀποκριθεὶς "ἴδιόν σοι τοῦτο" φησιν, "ὦ ἄνθρωπε, γνώρισμα, μηδὲν πρὸς ἔπος ἀποκρίνεσθαι, ἀλλ' ἀνθ' ἑτέρων παρεισάγειν ἕτερα, ἡμιτελῆ τὰ ἀναγκαιότερα καταλιμπάνοντα καὶ ἀσαφῆ καὶ ἀνεπεξέργαστα καὶ ἀμάρτυρα. ὅμως μικρὰ καὶ περὶ τῶν νῦν σοι λεχθέντων φθεγξάμενος ἀπαλλάξομαι. εἰ ἄλλο τὸ ἔχον καὶ ἄλλο τὸ ἐχόμενον καὶ διάφορον, καὶ τὸ μὲν ἔχον οὐσία τὸ δὲ ἐχόμενον οὐκ οὐσία κατὰ σέ, ἀνούσιον ἄρα τὸ ἐχόμενον. καὶ εἰ ἡ οὐσία θεός, τὸ ἀνούσιον ἄρα οὐ θεός, ἡ ἐνέργεια δηλαδή. καὶ σύνεστι λοιπὸν ἐξ ἀϊδίου τῇ θείᾳ καὶ ἀκτίστῳ οὐσίᾳ ἡ

in infamiam, quod autem velabas ipse, dedecus tuum, eius iam sacra revelationis facere te tanquam in Dionysiorum pompis non sentis.

Palamas autem nihil ad haec respondens aliam iniit viam, ut erat eius mos. nonne magnus, inquit, Basilius ex efficientiis dei dicit nos cognoscere deum? efficientiae enim eius, ait ille, ad nos descendunt, essentia autem eius manet inaccessa. has igitur efficientias habet deus, qui alius est, alias et increatas, hae enim sunt providentiae, sunt eventus, porro infinitum, immotum, simplex, initio et fine carens, sapientia, vis taliaque, quae omnia alia quidem sunt atque essentia, sed increata. aliud enim est quod habet, aliud quod habetur, et diversum quidem.

Ad haec Gregoras respondens, proprium, inquit, hoc tibi, amice, est signum, ut nihil quod ad rem pertineat, respondeas, sed pro aliis alia adducas imperfecta, omissis iis, quae magis necessaria sunt, et obscura et inexculta et testimoniis carentia. tamen pauca etiam de iis, quae nunc a te dicta sunt, loquutus discedam. si aliud est quod habet, aliud quod habetur et diversum, ac si quod habet est essentia, quod autem habetur non est essentia se-

ἀνούσιος αὕτη καὶ διάφορος ἐνέργεια. καὶ ἅμα δυὰς ἡ πάν-
των ἀρχή σοι γίνεται, τὸ ἀτοπώτατον, ἑαυτῆς διαφέρουσα
καὶ ἀιδίως ἑαυτῇ μαχομένη. ἀλλ᾽ ὁ θεῖος Μάξιμος "οὐ συν- 46
θεωρεῖσθαι ἢ συνεπιθεωρεῖσθαι δύναταί τι" φησὶ "τῷ θεῷ
κατ᾽ οὐσίαν διάφορον ἐξ ἀιδίου, οὐκ αἰών, οὐ χρόνος, οὐδέ
τι τῶν τούτοις ἐνδιαιτωμένων· οὐ γὰρ συμβαίνουσιν ἀλλή-
λοις πώποτε τὸ κυρίως εἶναι καὶ οὐ κυρίως". καὶ πάλιν ἄπει-
ρον εἶναι δυάδα οὐδαμῶς ἐνδέχεται· αἱ γὰρ κατ᾽ αὐτὴν
μονάδες ἀλλήλαις κατὰ παράθεσιν συνυπάρχουσαι ἀλλήλας
ὁρίζουσιν, εἰ δὲ τοῦτο, οὐδ᾽ ἄναρχον· ἀρχὴ γὰρ πάσης
δυάδος μονάς. εἰ δὲ μὴ ἄναρχον, οὐδ᾽ ἀκίνητον· κινεῖται
γὰρ τῷ ἀριθμῷ ἐκ μονάδων καθ᾽ ἕνωσιν, τὸ δὲ κινούμενον οὐκ
ἀρχὴ ἀλλ᾽ ἐξ ἀρχῆς, δηλαδὴ τοῦ κινοῦντος. μονὰς δὲ μόνη
κυρίως ἀκίνητος. πεπερασμέναι σοι ἄρα καὶ ὑπ᾽ ἀρχὴν αἱ
θεότητες, ἄνθρωπε· καὶ εἰ τοῦτο, διαστήμασι τοπικοῖς τε
καὶ χρονικοῖς δεδουλεύκασιν. κτίσμασιν ἄρα λατρεύων αὐτὸς
ἐλελήθεις. ἔτι εἰ κατὰ σὲ ἕτερον οὐσία καὶ ἕτερον θεὸς ὁ 47
τὴν οὐσίαν ἔχων καὶ διάφορος τῆς οἰκείας οὐσίας, ἔστιν ἄρα
θεὸς ἀνούσιος καὶ οὐσία θεοῦ ἄθεος. φησὶ γὰρ καὶ ὁ Νυσ-
σαέων Γρηγόριος "εἰ τὸ ἀγαθὸν ὄν, τὸ πονηρὸν οὐκ ὄν· εἰ
δὲ τὸ πονηρὸν ὄν, τὸ ἀγαθὸν οὐκ ὄν, κατὰ τὸν τῶν ἀμέσων

cundum te, essentiae est expers quod habetur, ac si essentia est deus, id igitur quod essentia caret non est deus, efficientia nimirum, et coniuncta est iam semper et ex omni aeternitate divinae et increatae essentiae haec essentia carens et diversa efficientia, simulque principium omnium tibi evadit dyas ineptissime a se ipsa differens et semper secum pugnans. sed Maximus divinus, non potest, inquit, cogitando dari aut attribui quidquam deo, quod sit ab eius essentia diversum, ex omni aeternitate non aevum, non tempus, neque quidquam eorum quae in his versantur; neque enim accommodantur sibi invicem unquam id quod proprie aliquid est et quod non proprie. et rursus infinita esse dyas nullo modo potest; monades enim in ea ex comparatione compositae se invicem definiunt: sin autem hoc est, non est illa principii expers; principium enim dyadis omnis est monas. quodsi illa non est principii expers, eadem non est immota. movetur enim numero ex monadibus ad consociationem, quod autem movetur non est principium, sed movetur ex principio nimirum movente. monas autem sola proprie est immota. subiectae igitur tibi sunt, amice, etiam sub principium divinitates, quodsi hoc est, mensuris locorum et temporum inserviunt, creata igitur colis imprudens. iam vero si ex tua sententia aliud est essentia, aliud deus qui essentiam habet et diversus est a sua ipsius essentia, est igitur deus inessentia-

ἐναντίων λόγον." ὥστε πολυθεΐαν ἀγωνιζόμενος συνιστᾶν
ἑάλως καὶ ἀθεΐαν νοσῶν, τὰ ἐκ διαμέτρου κακά· καὶ πέπ-
τωκε διὰ βραχέων τὰ τῶν σῶν ἀκροπόλεων ὀχυρώματα, ἐφ'
οἷς ἐπεποίθεις. ἔτι μὴν ἐπειδή περ ἄλλο φῂς εἶναι τὸ ἔχον,
ἄλλο δὲ τὸ ἑκτὸν καὶ διάφορον, φαίης ἂν καὶ ἄλλο μὲν ἐξ
ἀνάγκης εἶναι τὸν θεόν, ἄλλο δὲ τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ· λέγε-
f. 142 v. ται γὰρ ὁ θεὸς καὶ οὐσίαν ἔχειν καὶ ὕπαρξιν. ἔσται ἄρα
48 κατὰ σὲ θεὸς ἀνύπαρκτος καὶ ὕπαρξις θεοῦ ἄθεος. καὶ περὶ
τῆς ἐνεργείας δ' ὁμοίως λεκτέον καὶ ἐρωτητέον, εἰ ἡ ἐνέργεια
ἔχει ἐνέργειαν ἄλλην. εἰ γὰρ ἔχει, δύο ἄρα· καὶ εἰ δύο,
διάφορα πάντως· ἄλλο γὰρ δεῖν εἶναι ἔφης τοῦ ἐχομένου τὸ
ἔχον. καὶ γίνεταί τις τερατόμορφος ἐνεργοενέργεια. εἰ δὲ μὴ
τοῦτο, οὐκ ἂν εἴη τὴν ἐνέργειαν ἔχειν ἐνέργειαν. καὶ συμ-
βήσεται τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν ἀνενέργητον εἶναι. τὸ δ'
ἀνενέργητον καὶ ἀνύπαρκτον καθ' ἣν βωμολοχήσας προύθη-
κας θέσιν τε καὶ πρότασιν αὐτός. τὸ γὰρ μὴ ἔχον, ἔφης,
ἐνέργειαν οὔτ' ἔστιν οὔτε τί ἐστιν. οὔτ' ἔστι παντελῶς αὐ-
τοῦ θέσις, καὶ ἀπόλωλέ σοι τὸ σπούδασμα δι' ὀλίγου καὶ τῆς
μοχθηρᾶς γεωργίας ὁ στάχυς, ἢ ἐς ἀνύπαρκτον ἡμᾶς δογμα-
49 τίζοντι πιστεύειν ἢ εἰς σύνθετον θεότητα. ἐναντιοῦται γὰρ
σοι καὶ ὁ θεῖος Κύριλλος, ἄτοπον εἶναι φάσκων τὸ λέγειν

lis et essentia dei divinitate destituta. ait enim etiam Gregorius Nyssaeus: si bonum est, pravum non est: sin autem pravum est, bonum non est, secundum eam rationem, quod contraria componi non possunt. itaque cum multos deos componere contenderes, deprehensus es etiam ex negatione unius dei aegrotans, quae sunt maxime opposita mala, et conciderunt parvis arcium tuarum castella et munitiones, quibus confisus eras. deinde autem quoniam aliud dicis esse quod habet, aliud quod habetur et diversum, fortasse dices etiam aliud esse necessario deum, aliud eius substantiam. dicitur enim deus et essentiam habere et substantiam. erit igitur ex tua sententia deus non substantialis, et substantia dei divinitate destituta, et de efficientia idem dicendum erit et quaerendum, num efficientia habeat efficientiam aliam, etenim si habet, sunt igitur duo, ac si duo, diversa omnino; aliud enim oportere esse dicebas atque id quod habetur id quod habet, et oritur quaedam mirum in modum formata efficientiae efficientia; sin autem hoc verum non est, non potest efficientia efficientiam habere, et sequetur ut efficientia eiusmodi sit inefficax. quod autem inefficax est, etiam est non substantiale, secundum eam, quam tu ipse nugatus proposuisti, thesin et protasin. efficientiam enim, ais, non habens neque est, neque quidquam est: immo omnino non est thesis tua et brevi interiit tibi opera, et agri aerumnose culti spica, qui

τοιαύτην ἔχειν τὸν θεὸν τὴν γνῶσιν ὁποίαν καὶ ἡμεῖς· εἰ γὰρ [ὥσπερ] ἡμεῖς, ἕτερον μέν τι ἐστὶν ἑτέρα δέ τις παρ' αὐτὸν ἡ ἐν αὐτῷ γνῶσις, σύνθετος ἔσται καὶ οὐχ ἁπλοῦς. ἔτι ἐπείπερ ἡ θέλησις τοῦ θεοῦ ἐκτὸν καὶ διάφορον κατὰ σὲ τῆς οὐσίας ἐστίν, ἔσονται ἄρα τρεῖς ἐπὶ Χριστοῦ θελήσεις, μία μὲν αὐτὸς ὁ υἱός, θέλησις ὢν τοῦ πατρὸς κατὰ τοὺς θείους πατέρας, δευτέρα δ' ἣν ὁ υἱὸς ἔχει διάφορον ἑαυτοῦ κατὰ σέ, καὶ τρίτη ἡ τῆς ἀνθρωπότητος. ὃ καὶ τῆς τῶν μονοθελιτῶν δυσσεβείας ἀτοπώτερον. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἀσεβεῖς διαρρήδην καλεῖ τοὺς μὴ δεχομένους βούλησιν αὐτὸν εἶναι τὸν υἱόν, ἀσεβὴς αὐτόχρημα καὶ κατὰ τοῦτο σὺ τὰ ἐκείνων φρονῶν. περὶ γὰρ τῆς ἀρχομένης καὶ παυομένης θελήσεως εἴρηται ἡμῖν ἀνωτέρω βραχύ, καὶ οὐ χρεία διεξιέναι νῦν τῶν προκειμένων σαφῶς ἀνθελκόντων. **50** ἔτι εἰ ἕτερον θεοῦ καὶ ἀλλήλων θεότης καὶ δύναμις καὶ σοφία καὶ ἁγιότης καὶ ἀγαθότης, καὶ διάφορον ἀεὶ ἕκαστον ἑκάστου, ζητητέον πῶς ἂν εἴη τοῦ θεοῦ ἕκαστον, εἰ διάφορον εἴη αὐτοῦ· καὶ πῶς ἓν ἑνὶ καὶ ἀλλήλοις ἄλληλα συμφωνήσει, διάφορα ὄντα αλλήλων· καὶ πότερον πρότερον τούτοιν ἂν εἴη, δυαδικῶς οὕτω προερχομένων, θεὸς ἄκτιστός τε καὶ ὁρατὸς κατὰ σέ· καὶ ποῦ τὸ τῆς πολυθεΐας στήσεται ταυτησί, κατὰ συζυγίαν οὑτωσὶ προχωρούσης ἀεὶ μετὰ τοῦ

censeas nos credere aut in non substantialem aut in compositam divinitatem. adversatur enim tibi etiam divinus Cyrillus, ineptum esse, dicens, contendere deum habere talem cognitionem qualem etiam nos. etenim si nos aliud quid sumus, alia autem atque ille cognitio quae in eo est, compositus erit neque vero simplex. iam quandoquidem voluntas dei aliquid est, quod habeatur et diversum sit ex tua sententia ab essentia, erunt igitur tres in Christo voluntates: una est filius ipse, voluntas nimirum patris secundum patres divinos, altera, quam filius habet diversam a se secundum te, tertia est voluntas naturae humanae, id quod etiam ineptius est impietate eorum, qui Christo unam tantum voluntatem naturamque tribuunt. cum autem etiam magnus Athanasius impios aperte vocat eos, qui negent filium ipsum esse voluntatem, impius profecto etiam secundum hoc tu cum illorum partem sequaris; de incipiente enim et desinente voluntate dictum est nobis supra breviter, neque opus est nunc persequi, cum opposita clare adversentur. iam vero si diversae sunt a deo et a se invicem divinitas et vis et sapientia et sanctitas et bonitas, et diversum semper quodque a quoque, quaerendum est quomodo sit quodque dei, si ab eo diversum sit: et quomodo unum uni et omnia omnibus consonent cum inter se diversa sint, atque num prior sit his, quae ita

ἀτελοῦς. εἰ γὰρ ἀλλήλων ἄλληλα διαφέρει, ἐστέρηται πάν-
f. 143 r. τως ἀλλήλων ἄλληλα καθ' ὃ διαφέρει, καὶ γίνεται δύναμις μὲν ἄσοφος σοφία δ' ἀδύναμος, καὶ θεὸς ἄσοφος καὶ ἀδύναμος, καὶ ἀεὶ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἐστερημένα πάν-
51 των ἅπαντα καὶ δεόμενα ἀλλήλων ἄλληλα. φησὶ γὰρ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος "τίς ἀτελοῦς θεότητος ὄνησις; μᾶλλον δὲ τίς θεότης ἡ μὴ τελεία; τελεία δὲ πῶς ἣ λείπει τι πρὸς τελείωσιν; λείπει δὲ πάντως μὴ ἐχούσῃ τὸ ἅγιον. ἔχοι δ' ἂν πῶς, μὴ τοῦτο ἔχουσα; εἰ γὰρ ἄλλη τις παρὰ τοῦτο ἡ ἁγιότης, καὶ εἴ τις αὕτη νοεῖται, λεγέτω, τίς". καὶ ὁ μέγας Βασίλειος "εἰ φύσις αὐτῷ" φησὶν "ὁ ἁγιασμὸς ὡς πατρὶ καὶ υἱῷ, πῶς τρίτης ἐστὶ καὶ ἀλλοτρίας φύσεως;" καὶ πάλιν "ἀγαθὸν" φησὶ "τὸ πνεῦμα ὡς ἀγαθὸς ὁ πατὴρ καὶ ἀγαθὸς ὁ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ γεννηθείς, οὐσίαν ἔχων τὴν ἀγαθότητα."
52 ὁρᾷς πῶς οὐχ ἕτερον τῆς ἁπλῆς καὶ θείας οὐσίας ἁγιότης καὶ ἀγαθότης καὶ ἐνέργεια καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ ταὐτόν. ἑλοῦ τοίνυν, ὦ καινὲ θεολόγε, τῶν ἀσεβειῶν ὁποτέραν ἐθέλεις. ἀθεΐας γὰρ καὶ πολυθεΐας τὰ τοιαῦα φέρει σοι κρημνόν, ὑπ' ἀλλήλων ἐλεγχόμενα καὶ κατ' ἀλλήλων στασιάζοντα. τὸ μὲν γὰρ ἄνισον ἐν τοῖς πολλοῖς ἐλέγχει τὸ διάφορον καὶ ἀσύμβατον τῆς πολυθεΐας· ἡ δὲ πολυθεΐα συμφυᾶ τὴν δια-

proveniant numero duali, deus increatus et visibilis secundum te, et quomodo multi dei hi, qui consociatione ita procedant semper constent cum imperfecto, etenim si omnia inter se differunt, orbata sunt se invicemilla quod ad differentiam attinet, et evadit vis insipiens, sapientia infirma et deus insipiens et infirmus, et semper simili ratione orba omnibus omnia, et carentia se invicem. ait enim etiam Gregorius theologus: quae divinitatis imperfectae utilitas, sive potius quae est divinitas, quae non sit perfecta, perfecta autem quomodo esse potest, cui desit aliquid ad perfectionem? deest autem omnino non habenti sanctum, quomodo autem habeat, si hoc non habet? etenim si alia atque hoc est sanctitas, ac si qua ea cogitatur, dicito, quae. et magnus Basilius, si sanctificatio ei, inquit, est natura ut patri et filio, quomodo tertiae est et alienae naturae? et rursus, bonus est, inquit, spiritus ut bonus pater et bonus is qui ex bono generatus est, essentiam habens bonitatem. vides non diversam a simplici et divina essentia esse sanctitatem et bonitatem et efficientiam et talia, sed eandem. elige igitur utrum, o theologe nove, impietatem malis; talia enim, per se invicem detecta et contra se invicem pugnantia tibi afferunt barathrum dogmatis nullius dei et multorum deorum. dissimile enim in plurimis detegit diversitatem et dissociationem multorum, dogma autem multorum deorum cum concretam ha-

φορὰν πρὸς ἑαυτὴν στασιάζουσαν ἔχουσα, πρὸς τὸν ἀντίπα-
λον τῆς ἀθεΐας ἀπροόπτως μεταβαίνειν κρημνὸν ἀναγκάζει,
καὶ καπνὸν φεύγοντας ἐμπίπτειν εἰς πῦρ, τὸ τῆς παροιμίας.
ἔπειτα πῶς τὸ ἄκτιστον καὶ πόθεν ἡ ἐνέργεια ἔσχεν; ἔξεστι 53
γὰρ ἡμῖν καὶ τὸ ἄκτιστον αὐτὸ πρὸς ἑαυτὸ κατὰ τὴν σὴν
ἐξετάζειν θέσιν· εἰ γὰρ αὐτόθεν εἴη τὸ ἄκτιστον ἄκτιστον,
οὐκ ἂν εἴη ἄκτιστον· κτιστὸν ἄρα τὸ ἄκτιστον, καὶ κτιστὴ
θεότης ἐξ ἀνάγκης ἡ ἄκτιστος ἐνέργεια· καὶ οὕτω σοι τὸ
σοφὸν ἠλίθιον ἀναπέφανται. εἰ δ' ἔξωθεν ἔχει τὸ ἄκτιστον εἶναι
τὸ ἄκτιστον, καὶ διάφορον πάντως· εἰ γὰρ οὐκ ἔστι διαφορὰ
πρὸς ἄκτιστον ἀκτίστου, οὐκ ἂν εἴη ἔχειν κατὰ σὲ ἄκτιστον.
ἢ γοῦν ἀνύπαρκτόν σοι γίνεται τὸ ἄκτιστον τοῦτο, ἢ δυοῖν
θάτερον, ἢ ἀκτιστόκτιστον ἢ ἀκτιστοάκτιστον καὶ πρὸς ἑαυτὸ
στασιάζον ἀνάγκη λέγεσθαι. γνώριμον γάρ, οἷς καὶ ὁπωσοῦν
λογικῆς μέτεστιν ἐπιστήμης, τῶν ὁμωνύμων εἶναι καὶ ἥκιστα
ἁπλῆν τὴν τοῦ ἔχειν φωνήν, καὶ μὴ μόνον τῇ τῶν ἔξω σο-
φῶν ἐπιστήμῃ δοκεῖν, ὅτι μὴ καὶ πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς τῶν θείων
τῆς ἐκκλησίας δογμάτων σοφοῖς διδασκάλοις. ὧν εἷς ἡμῖν f. 143 v.
εἰς διδασκαλίαν ἀποχρήσει τήμερον Ἰωάννης ὁ θεῖος ἐκ Δα-
μασκοῦ, ὃς ὀκταχῇ τὴν τοῦ ἔχειν ἡμῖν διαιρῶν σημασίαν,
κατ' οὐδένα γέ τινα τούτων τρόπον τῇ θείᾳ καὶ ἁπλουστάτῃ
ἐκείνῃ φύσει τὸ ἔχειν διδοὺς εὑρίσκεται. πῶς γὰρ οἱασοῦν 54

beat differentiam secum pugnantem ad contrarium negationis unius dei ex inopinato transire barathrum cogit: et ut cum fumum fugiamus in ignem secundum proverbium incidamus. deinde quomodo et unde efficientia accepit increatum, licet enim nobis etiam in ipsum increatum per se secundum tuam inquirere thesin: etenim si ex se increatum esset increatum, non esset increatum, increatum igitur est creatum et efficientia increata necessario est divinitas creata: et hoc modo sapientia tua visa est stultitia; sin autem extrinsecus increatum habet, ut sit increatum, etiam diversum est omnino. etenim si nullum est discrimen inter increatum et increatum, non potest ut tu vis increatum habere increatum, certe aut substantia carens tibi evadit increatum hoc aut alterutrum, aut increatocreatum, aut increatoincreatum, et secum pugnans necesse est vocari. notum est enim iis, qui quantulumcunque logicae sunt gnari, eorundem nominum esse et minime simplicem habendi vocem, et hoc non modo sapientum qui ex profanis sunt scientiae placere, sed multo magis etiam omnibus simul divinorum ecclesiae dogmatum praeceptoribus sapientibus, quorum unus nobis ad institutionem sufficiet hodie Ioannes divinus Damascenus, qui cum octies habendi nobis dividat significationem, nullo horum modo divinae et simplicissimae illi naturae vocem habendi tri-

μεσιτευούσης ἀλλοτριώσεως, καὶ τοῦ ἔχοντος τὸ ἐχόμενον διιστώσης μὲν οὑτωσί, συναγούσης δ' ἄλλως τὸν νόθον τε καὶ ἐπίκτητον τρόπον. ἢ γὰρ ὡς οὐσίαν ἀνάγκη, φησί, τὸ ἐχόμενον τῇ ἐχούσῃ συνεῖναι οὐσίᾳ, καθάπερ ἱμάτιον καὶ χεῖρα καὶ ἀγρὸν καὶ τά γε τοιαῦτα, ἢ ὡς συμβεβηκός. καὶ τοῦτο διχῇ πως αὖ ὑποδιαιρούμενον, εἴς τε τὴν τῶν χωριστῶν δηλαδὴ καὶ τῶν γε μηδαμῇ χωριζομένων δύναμιν. τὸ μὲν γὰρ ἐνδεχομένως ἔχειν λέγεται καὶ μή, καθ' ὅ γε σημαινόμενον ἐνδέχεσθαί φαμεν βαδίζειν τὸ βαδιστικὸν καὶ τοὐναντίον αὖ μὴ βαδίζειν· τὸ δὲ καθ' ἕξιν καὶ διάθεσιν ἔχειν λέγεται, ὡς μέλιτι δηλαδὴ συμπεφυκυῖαν γλυκύτητα καὶ χιόνι λευκότητα καὶ γνῶσιν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ. ὧν ἁπάντων ἓν ὁποιονοῦν ἔστω ὁποτέρωθεν εἰληφὼς τῇ θείᾳ κυριωνυμεῖν καὶ ἁπλῇ βούλοιτο φύσει, ἴστω
55 περιφανῶς ἁμαρτάνων· χρῆσιν γὰρ ἀνθρώποις ὑπάρχειν ὁ μέγας τὰ ὀνόματα φάσκει Βασίλειος πρὸς γνῶσιν καὶ διαίρεσιν οὐσιῶν καὶ τῶν περὶ τὰς οὐσίας ἐπινοηθέντων πραγμάτων. ᾧ γε καὶ πάνυ τι δέδοται φορτικὸν καὶ ἀπόβλητον συμβεβηκός τι προσάγειν τῇ θείᾳ φύσει καὶ ἁπλουστάτῃ. τὸ γὰρ συμβεβηκός, φησίν, ἢ συμπέφυκεν, ἢ ἐνδέχεται ὑπάρχειν καὶ μὴ ὑπάρχειν. ἀλλ' εἰ μὲν συμπέφυκεν, ἀνάγκη τῷ θεῷ καὶ οὐσίαν καὶ συμβεβηκὸς εἶναι· ἐξ ἀνάγκης γὰρ τὰ τοιαῦτα συμβαίνει οἷς συμβέβηκεν. εἰ δ' ἐνδεχόμενον, ἔσται καὶ ἀγέν-

buens reperitur. qui enim potest, cum ratio aliena qualiscunque intercedat et ita seiungat habitum ab habente, adducat autem aliter modum spurium et adscitum, aut enim ut essentiam necesse est, inquit, habitum habenti coniunctum esse essentiae, sicut vestem et manum et agrum et talia, aut ut accidens, atque hoc bis rursus subdivisum, in divisorum nimirum et indivisorum vim, illud enim ex potentia habere dicitur et non ex potentia secundum significationem. posse dicimus gradi quod gradiendo idoneum est et contrarium rursus non gradi: hoc autem ex habitu et dispositione habere dicitur, ut melli nimirum concretam dulcedinem, et nivi albitudinem et cognitionem hominum animo tribuimus, quorum omnium unum qualecunque ex utravis parte si quis sumens divinae propriam vocem tribuere et simplici velit naturae, aperte se errare sciat. usum enim hominibus suppetere magnus in nominibus dicit Basilius ad cognitionem et divisionem essentiarum et rerum in essentiis cognitarum, qua re maxime concessum est incommodum et abiectum accidens attribuere divinae naturae et simplicissimae, accidens enim, ait, aut innatum est aut potest suppetere et non suppetere: sed si innatum est, necesse est deo et essentiam et accidens esse, necessario enim talia accidunt,

νητος ὁ γεννητὸς ποτὲ καὶ πάνθ' ὁμοίως, ὅσα δήπουθεν ἀντίκειται, γνῶσις καὶ μὴ γνῶσις, δύναμίς τε καὶ μὴ δύναμις, καὶ τά γε δήπου παραπλήσια τῶν ἀτόπων τῆς ἀσεβείας ῥημάτων. ὅτι δὲ καταχρηστικῶς τὸ ἔχειν ἐπὶ θεοῦ λέγεται, δείκνυσι νῦν καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος, λέγων "ὅταν ἀκούσῃς ὅτι ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐν ἑαυτῷ ζωὴν ἔχει, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ υἱῷ ζωὴν ἔχειν καὶ ἐξουσίαν ἔχειν, μὴ σύνθεσιν ὑπολάβῃς· μηδ' ὅταν ἀκούσῃς ὅτι ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, νομίσῃς ὅτι σύνθετος ἦν· προϊὼν γάρ φησιν ἐγώ εἰμι ἡ ζωή." ὥστε σου βοσ- 56
κηματώδης ἡ σοφία κἀνταῦθα ἀναπέφανται, λέγουσα παραπλησίως καθάπερ ἐπὶ ἀνθρώπου καὶ λίθου, οὕτω καὶ τοῦ θεοῦ τὴν οὐσίαν μετὰ τῶν φυσικῶν περὶ αὐτὴν πάντων συλ- f. 144 r.
λαμβάνεσθαι τοῖς ὁρίζεσθαι θέλουσι· τὸ γὰρ ἐκ τοιούτων συγκείμενον ἀμερὲς οὐκ ἂν εἴη, οὐδ' ἁπλοῦν, ἀλλὰ σύνθετον, κἀξ ὧν συντίθεται μεριζόμενον. ὁ δὲ τῇ ἀμερεῖ ἐκείνῃ καὶ θείᾳ φύσει προστιθέναι πειρώμενος, ᾗ φύσει πρόσεστι μήτ' αὔξεσθαι μήτε μειοῦσθαι, λέληθε, τό γε ἧκον εἰς αὐτόν, ἐλαττῶν μὲν τῇ προσθήκῃ τὴν τῆς φύσεως δύναμιν, αὔξειν δ' ἥκιστα πάντων δυνάμενος, ἣ μηδεμιᾶς οὔτ' ἐδεήθη ποτὲ οὔτε δεήσεται προσθήκης ἢ ὑφαιρέσεως, οὐδενὸς ὄντος οὗ δεήσεταί ποτ' αὐτὴ πληροῦσα τὰ πάντα καὶ μηδὲν ἐκτὸς ἐῶσα τὸ παράπαν.

quibus acciderunt; sin autem esse potest, erit generatus aliquando etiam non generatus, et omnia simili ratione quaecunque opposita sunt, cognitio et quae non est cognitio, vis et quae est non vis, et quae similia sunt ex ineptis impietatis verbis. improprie autem habere de deo dici demonstrat nunc etiam divinus Chrysostomus, dicens: cum audias patrem sicut in se habeat vitam ita dedisse etiam filio ut vitam habeat et facultatem habeat, ne suspiceris compositionem, neve cum audias in eo fuisse vitam opineris compositum eum fuisse, progrediens enim ait, ego sum vita; ita ut bruta visa sit sapientia tua etiam hic, dicens simili ratione atque in homine et lapide, ita etiam dei essentiam cum iis, quae a natura in ea sint, omnibus comprehendi ab iis qui eam definire velint. quod enim ex talibus constat, non est indivisum: neque simplex, sed compositum: et iis ex quibus componitur divisum, qui autem indivisae illi et divinae naturae adiicere aliquid conatur, cui a natura proprium est ut neque augeatur neque minuatur, eum fugit hoc, quod illi accedat minuere accessione naturae vim, cum minime possit augere eam, quae nulla neque indiguit unquam neque indigebit accessione aut detractione, cum nihil futurum sit, quo indigeat unquam illa ipsa implens universa neque omnino quidquam extra se esse sinens.

57 Εἰ δ' ἐν ποιότητι ἀόγκῳ τε καὶ ἀμεγέθει μέρος οὐκ ἔξεστι λέγειν κυρίως, οὔτε μέγεθος οὐδὲν προστιθέναι ἢ ἀφαιρεῖν (οὐ γὰρ λέγομεν οὔτε μεγάλην οὔτε μικρὰν λευκότητα), πολλοῦ μέντ' ἂν δεήσειε καὶ τοῦ παντὸς περὶ τῆς θείας οὐσίας τοιαῦτα νοεῖν καὶ λέγειν, ἣ μεγέθη μὲν καὶ μικρότητα πεποίηκέ τε καὶ ἀεὶ ποιεῖ, αὐτὴ δ' ἐστὶ κατὰ φύσιν οὐδαμῇ μηδὲν ὧν πεποίηκέ τε καὶ ἀεὶ ποιεῖ. οὐδὲ πρόεισιν εἰς ὄγκον, οὐδ' οὐ μὴ προχωρήσῃ ποτέ. τὸ γὰρ ὄγκῳ μεῖζον γινόμενον δυνάμει γίνεται ἔλαττον, καὶ τὸ δυνάμεως μεγέθει μέγιστον ὄγκου λείπεται παντός, ἵνα μέγιστον ὁμοίως ἀεὶ διαμένῃ. καὶ γὰρ καὶ εἰ περὶ τῆς ἐν χιόνι βουληθείημεν λέγειν λευκότητος ὑποδείγματος ἕνεκεν, οὐ τὴν ἐν τῷ μέρει τῆς χιόνος λευκότητα μέρος ἂν φαίημεν τῆς ἐν πλείστῃ χιόνι λευκότητος, ἀλλὰ μέρους μὲν χιόνος λευκότητα, μέρος δὲ λευκότητος ἥκιστα· ἄογκον γὰρ καὶ ἄποσον καθ' αὑτὸ καὶ ἀμέ-
58 γεθες ἡ λευκότης, ὡς δέδεικται. εἰ δὲ μηδὲ συμβεβηκὸς ἡ ἀνούσιος αὕτη συγχωρεῖταί σοι γίνεσθαι ἐνέργεια, ποῦ ταύτην θετέον· λέγε καὶ νομοθέτει σύ. τῆς γὰρ τοῦ ὄντος φωνῆς εἰς οὐσίαν καὶ συμβεβηκὸς διαιρουμένης, εἰ μήτ' οὐσία μήτε συμβεβηκὸς εἴη, τῶν ὄντων οὐκ ἂν λέγοιτο. λείπεται ἄρα μὴ ὂν ἐξ ἀνάγκης λέγεσθαι. αὕτη τῶν καινῶν σου δογμάτων ἡ τερατεία, καλὲ Παλαμᾶ, τὸ πιστεύειν εἰς τὸ μὴ ὂν

Quodsi in qualitate quae magnitudinis et amplitudinis est expers, partem non licet proprie dicere, neque magnitudinem ullam adiicere aut detrahere: neque enim dicimus magnam neque parvam albitudinem: multum profecto sive potius omne abest, ut de divina essentia talia cogitemus et dicamus, quae magnitudinem et parvitatem fecit et semper facit: haec autem a natura nullo modo quidquam est eorum, quae fecit et semper facit: neque prodit in amplitudinem, neque unquam procedet, etenim quod amplitudine maius fit, vi fit minus et quod vis magnitudine maximum est, ab amplitudine relinquitur omni, ut maximum aeque semper permaneat. etenim si de albitudine quae est in nive velimus dicere, exempli gratia, non albitudinem quae est in parte nivis dicamus partem albitudinis quae est in plurima nive, sed albitudinem partis nivis, minime autem partem albitudinis. amplitudinis enim et quantitatis expers per se et magnitudinis est albitudo, ut demonstratum est. sin autem ne accidens quidem esse haec inessentialis a te conceditur efficientia, ubi eam ponemus? dic et impera tu: cum enim vox eius quod est in essentiam et accidens dividatur, si illa neque essentia est neque accidens, non dici potest quidquam eorum quae sunt: relinquitur igitur necessario ut non esse dicatur. hae sunt novorum tuorum dogmatum praestigiae, Palama egregie, ut credas in id quod

καὶ ψιλοῖς λατρεύειν ὀνόμασιν, ὁποῖα καὶ τοὺς τῆς Πλατωνικῆς στοᾶς καὶ Ἀκαδημίας φάσκοντας ἴσμεν περί τε γενῶν καὶ εἰδῶν, καὶ εἴ τινες εἶεν ἐκ τῶν ὕστερον ἄλλοτ' ἄλλως αὐτοῖς ἠκολουθηκότων Βογομίλων καὶ Μανιχαίων καὶ Μασαλιανῶν καὶ Εὐνομιανῶν, οὓς καὶ εἰς μέγα παραπληξίας ἐλαύνειν ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος ὥσπερ κοινότητά τινα λόγῳ μόνῳ θεωρητήν, ἐν οὐδεμίᾳ ὑποστάσει τὸ εἶναι ἔχουσαν, εἰς f. 144 v. *τὰ ὑποκείμενα θεωρεῖσθαι φάσκοντας τὸν θεόν. ἀλλ' ἄκουε λοιπὸν τί φησιν αὖθις ὁ αὐτὸς μέγας Βασίλειος περὶ τῆς ἐνεργείας θεοῦ τῆς ἀκτίστου, ὡς ἐπὶ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀσωμάτου φύσεως τὸν αὐτὸν λόγον ἐπιδέχεται ἡ ἐνέργεια τῇ οὐσίᾳ.*

59 *Ἐπεὶ δ' ὁ τῆς οὐσίας ὅρος καὶ λόγος (ταὐτὸν γὰρ ὅρος καὶ λόγος) πρᾶγμά ἐστιν αὐθύπαρκτον, μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς ὕπαρξιν, εἴη ἂν πάντως καὶ ὁ τῆς ἐνεργείας λόγος ὁ αὐτός, κἂν τοῖς ὀνόμασι διαφέρωσι, πρᾶγμα αὐθύπαρκτον δηλαδή, μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς ὕπαρξιν. οὕτω γὰρ καὶ ὁ τῆς ταυτότητος σώζεται λόγος, ὡς καὶ ὁ τῆς ἀληθείας ὁμολογητὴς σοφώτατα μεμαρτύρηκε, Θεόδωρος ὁ Γραπτός, "οὕτως ἂν" φήσας "εὐσεβῶς νοηθείη ἡ μὲν θεία ἐνέργεια ἀΐδιος, μᾶλλον δ' αὐτενέργεια, τῷ μὴ διωρίσθαι τῆς οὐσίας τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπιδέχεσθαι διὰ τὴν τῆς ἁπλῆς καὶ ἀσωμάτου φύσεως ἰδιότητα." καὶ πάλιν "ἕτερον*

non est, et nuda nomina colas, qualia etiam Platonicos et Academicos dicere scimus de generibus et formis, et si qui sunt ex iis, qui postea alias aliter eos secuuti sunt, Bogomilis nimirum et Manichaeis et Masalianis et Eunomianis, quos etiam magna insania perturbare dicit magnus Basilius tanquam commune genus quoddum, quod ratione sola perspici possit, in nulla substantia essentiam habeat, cum dicant deum in suppositis perspici. sed accipias iam quid dicat rursus idem Basilius magnus de efficientia dei increata: in simplici et incorporea natura eandem cum essentia rationem accipit efficientia.

Quoniam autem essentiae definitio et ratio (idem enim definitio et ratio) res est substantialis quae non egeat alia ad substantiam, omnino non potest esse etiam efficientiae ratio non eadem etiam in nominibus diversis, res nimirum substantialis quae non egeat alia ad substantiam: ita enim etiam eiusdem generis ratio servatur, quod etiam veritatis confessor sapientissime testatus est Theodorus Graptus, cum dicat, hoc modo pie cogitari puto: divina efficientia est sempiterna, sive potius ipsa efficientia, quia non distincta est ab essentia efficientia, sed candem rationem accipit propter simplicis et incorporeae naturae proprietatem. et rursus aliud esse essentiam, aliud efficientiam

οὐσίαν καὶ ἄλλο ἐνέργειαν τῶν πάλαι τινές, ὡς ἐπὶ τῶν σω-
ματικῶς θεωρουμένων, οὕτω δὴ κἀπὶ τοῦ θείου λόγου ἐτί-
θεντο. ὅπερ τοῖς εὐσεβέσιν ἀπείρηται. ἐπὶ γὰρ τῶν ἁπλῶν
καὶ ἀσωμάτων ἐν οὐδενὶ διαφέρειν ἴσασιν· οὐ γὰρ διορι-
στέον ταῦτα ἀλλήλων, ἵνα μὴ σύνθετον τὸ ὑπὲρ πᾶσαν ἁπ-
λότητα νοῆται. οὔτε γὰρ ἡ θεία οὐσία ἀνενέργητος εἴη ἄν
60 ποτε, οὔτ' ἀνούσιος ἡ ἐνέργεια." ἀκούεις τῶν ἱερῶν διδασ-
κάλων τῆς ἐκκλησίας παρὰ τοσοῦτον τῇ οὐσίᾳ τὴν ἐνέργειαν
ἓν καὶ ταὐτὸν ἐπὶ θεοῦ δογματιζόντων, παρ' ὅσον καὶ αὐτε-
νέργειαν καλοῦσι διὰ τὴν ἄκραν ταυτότητα, ὡς μηδ' ἄχ-
ρις ἐπινοίας παρακύπτειν ἐκεῖ δυναμένης διαφορᾶς οἱασοῦν.
ἀκούεις δ' ἔτι καὶ ὅπερ σοι ἀνωτέρω δεδηλώκαμεν· σὺ
γὰρ ἔλεγες ἀνενέργητον τότ' εἶναι τὴν θείαν μᾶλλον οὐ-
σίαν ὅταν ἓν καὶ ταὐτὸν λέγηται ἄμφω, τότε δ' ἐνεργῆ
ὅταν ᾖ διῃρημένα, πρᾶγμα τερατωδέστατόν τε καὶ ἀμαθέ-
στατον, καὶ μὴ πᾶσαν μόνον ἐκπλῆττον ἀκοὴν τῇ ἀβελτηρίᾳ,
ὅτι μὴ καὶ τοὺς σοφοὺς τουτουσὶ διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας
συκοφαντοῦν ἀδεῶς· οὐ γὰρ διοριστέον ταῦτα φασὶν ἀλλή-
λων ἐκεῖνοι, ἵνα τε μήτε σύνθετον τὸ ὑπὲρ πᾶσαν ἁπλότητα
f. 145 r. νοῆται, καὶ ἵνα μήθ' ἡ οὐσία ἀνενέργητος εἴη ἄν ποτε μήτ'
ἀνούσιος ἡ ἐνέργεια.

61 Πρὸς ταῦτα ὁ Παλαμᾶς ἀντιλέγων κοινὸν μὲν ἔφησεν

priscorum quidam ut in iis quae in corporibus perspiciuntur, ita etiam in divina ratione posuerunt, id quod pii vetiti sunt: in simplicibus enim et incorporeis nullo modo illa diversa esse sciunt, neque enim distinguenda sunt a se invicem haec, ne compositum cogitetur id quod omnem simplicitatem superat, neque enim divina essentia unquam esse potest inefficax, neque efficientia inessentialis. audis sanctos ecclesiae praeceptores tantum cum essentia efficientiam unum idemque esse in deo censentes, quantum etiam ipsam efficientiam vocant eam propter summum discriminis defectum, ita ut ne in cogitationem quidem insinuare ibi possit differentia qualiscunque; audis porro etiam id quod supra tibi demonstravimus. tu enim dicebas inefficacem tum esse divinam potius essentiam, cum dicantur ambo unum idemque esse, tum autem efficacem, cum sint divisa: quae res est miraculi et ignorantiae plenissima et quae tantum non omnes perturbet aures stultitiae, multo magis etiam sapientes hos praeceptores ecclesiae criminetur impudenter, neque enim distinguenda esse haec dicunt illi a se invicem, ne compositum cogitetur quod omnem simplicitatem superat, neve unquam sit neque essentia inefficax, neque efficientia inessentialis.

Ad haec Palamas respondens: commune esse dogma externorum

εἶναι δόγμα τῶν τε ἔξωθέν καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων τουτί, καὶ οὐκ ἀντιλέγω· πλὴν τὰ τὸν αὐτὸν ἐπιδεχόμενα λόγον δύο ἐστὶ καὶ οὐχ ἕν. καὶ εἰ δύο, πῶς χωρὶς ἡστινοσοῦν πρὸς ἄλληλα διαφορᾶς; ἔστιν οὖν ἡ μὲν ταυτότης τοῦ λόγου κατὰ τὸ εἶναι ἄμφω, τήν τε οὐσίαν καὶ τὴν ἐνέργειαν, ἄκτιστα· ἡ δὲ διαφορὰ τὸ μὲν οὐσίαν τὸ δ' ἀνούσιον, τὴν ἐνέργειαν δηλαδή.

Ὁ δὲ Γρηγορᾶς ὅτι μέν, φησί, τὸ ἀνούσιον οὐκ ὄν, τὸ 62
δ' οὐκ ὂν οὐ θεός, δῆλον τοῖς ἅπασι πλὴν σοῦ. ὅτι δ' οὐδὲν ἔτι κωλύσει λοιπὸν συμπεραίνειν καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τῆς συνθέτου ἄρα φύσεως τὸν ἀντικείμενον δέχεσθαι λόγον τὴν ἐνέργειαν τῇ οὐσίᾳ, καὶ εἶναι δυοῖν ἐξ ἀνάγκης θάτερον, ἢ τὴν μὲν οὐσίαν ἡμῶν ἄκτιστον τὴν δ' ἐνέργειαν κτιστήν, ἢ τῆς οὐσίας οὔσης κτιστῆς εἶναι τὴν ἐνέργειν ἄκτιστον, δῆλον καὶ τοῦτο παντί που τὰ μάλιστα· ὡς γὰρ οἷς τὸ εἶναι ταὐτόν, καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτός, οὕτως οἷς τὸ εἶναι διάφορον, καὶ ὁ λόγος διάφορος. ἐπὶ γὰρ τῆς οὐσιώδους ὑπάρξεως τοὺς ἁγίους τούτους ἀκήκοας λέγοντας τὴν τοῦ λόγου ταυτότητα, εἴτουν τοῦ ὅρου, καὶ καθ' ἕτερον πάντως οὐδέν. εἰ γὰρ κατὰ προφορὰν καὶ ἐτυμολογίαν ἑκατέρας ἑκατέρα τὴν διαφορὰν ἐκτήσατο λέξις, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀσυνθέτου φύσεως τὴν αὐτὴν καὶ μίαν καὶ ἀπαράλλακτον ἔχουσι σημασίαν ἄμφω.

et nostrorum philosophorum hoc, neque ego, inquit, repugno: sed quae eandem rationem accipiunt duo sunt neque vero unum, ac si duo, quomodo remota sunt a qualicunque differentia inter se. defectus igitur discriminis rationis is est, ut ambo, et essentia et efficientia, sint increata: differentia autem ea, ut alterum sit essentia, alterum autem inessentiale, efficientia nimirum.

Gregoras autem inessentiale, inquit, non esse; quod autem non sit, non esse deum, ab omnibus intelligitur nisi a te, nihil autem iam impediturum esse, quominus nos quoque concludamus, in composita natura efficientiam accipere rationem essentiae oppositam, et esse alterumutrum necessario, aut essentiam nostram increatam, efficientiam autem creatam, aut essentiam creatam, efficientiam autem increatam, hoc quoque a quoque maxime intelligitur: etenim ut iis quibus essentia eadem, ratio quoque eadem est, ita iis quibus essentia diversa, ratio quoque diversa est, etenim in essentiali substantia sanctos hos audivisti dicere esse eandem vim rationis sive definitionis et quod ad diversitatem attineat omnino nihil. etenim si ex pronunciatione et notatione utriusque utraque differentiam accepit vox, certe in simplici et incomposita natura eandem et unam et immutabilem habent signi-

68 ἔπειτα εἰ τὴν ἐνέργειαν ἕτερον εἶναι λέγεις κἀπὶ θεοῦ καθάπερ ἐπὶ τῶν συνθέτων ἡμῶν, καὶ ἰδίως ἄκτιστον θεότητα, καὶ ἔστιν ἑκάτερον τούτων ὅπερ οὐκ ἔστιν ἑκάτερον, καὶ ἀεὶ θάτερον παρὰ θάτερον ἀμοιβαδὸν τὴν διαφορὰν καὶ μάχην λαμβάνον λόγοις καὶ πράγμασιν (ἀνάγκη γὰρ ἂν εἴη πᾶσα τὰ οὕτως ἀλλότρια τῇ φύσει καὶ σημασίᾳ μὴ ταὐτὸν εἶναι θατέρῳ θάτερον), ἔσται ἄρα, εἰ ἡ ἐνέργεια ἄκτιστος καὶ ἀνούσιος, κτιστὴ ἡ οὐσία καὶ ἀνενέργητος, ὡς ἀνωτέρω γε ἠκηκόεις τῶν θείων κατ' ἐπιστήμην τὰ ἐναντία τοῖς ἐναντίοις ὁριζομένων ἀνδρῶν. εἰ δὲ καὶ τὸ τῆς ἐνεργείας ὄνομα γενικῶς κατὰ σὲ πάντων ἐπ' ἴσης κατηγοροῖτο τῶν ὀνομάτων, δυνάμεως λέγω, σοφίας ζωῆς φωτὸς θυμοῦ μακροθυμίας ὀργῆς ἀοργησίας καὶ τῶν τοιούτων, ὅσοις ἡ θεία κέχρηται γραφὴ θεοπρεπῶς καταφατικοῖς τε καὶ ἀποφατικοῖς καὶ ἀντικειμένοις ὀνόμασιν, ἐπιδραμεῖται λοιπὸν καὶ πᾶσι τούτοις ἐπ' ἴσης,
f. 145v. καὶ ὁμοίως ἀεὶ κατορχήσεται τῶν ὀνομάτων ἁπάντων τἀτόπημα, καὶ στασιάσει πρὸς ἑαυτὸ τὸ τῆς ἐνεργείας ὄνομα, ταύτης δὴ τῆς ἰδιαζόντως κατὰ σὲ λεγομένης ἀκτίστου θεότητος. καθ' ὃ γὰρ ἕκαστον ἑκάστου τῶν ἄλλων λείπεται πάντων, κατ' ἐκεῖνο τῶν ἄλλων ἁπάντων ἠλάττωταί τε καὶ ἠλλοτρίωται. καὶ ἓν εἶναι πάντως οὐσίαν ὁμολογεῖται καὶ φύσει πᾶν ὃ λέγεται καὶ ὀνομάζεται θεοπρεπῶς ἡμῖν, καὶ ἔστι καὶ

ficationem ambae. deinde si efficientiam diversam esse dicis etiam in deo, ut in nobis compositis, et proprie increatam divinitatem, et utrumque est, quod alterum non est, et semper alterum prae altero invicem differentiam et pugnam suscipit verbis et rebus, (est enim necesse omnino, quae tam sint aliena et natura et significatione, non idem esse alteri alterum) erit igitur si efficientia increata est et inessentialis, creata et inefficax essentia, ut supra audivisti divinos viros secundum regulas philosophiae contraria contrariis definire. sin autem etiam efficientiae nomen generaliter ex tua sententia aeque de omnibus praedicatur nominibus, vis dico, sapientiae, vitae, luminis, animi, clementiae, irae, tranquillitatis, taliumque, quibuscunque usa est scriptura divina deo convenienter affirmantibus et negantibus et oppositis nominibus, accedet iam etiam his omnibus aeque: et simili modo semper insultabunt nominibus omnibus ineptiae, et secum pugnabit efficientiae nomen, cum haec secundum te proprie dicatur increata divinitas, propter quod enim quodque a quoque aliorum omnium relinquitur, propter id aliis omnibus est minus ab iisque alienum, atque unum omnino esse essentiam conceditur et natura omne, quod dicitur et vocatur deo convenienter a vobis et est et erat et erit

ἦν καὶ ἔσται, θεὸς ἰσχυρὸς δίκαιος ἄκτιστος, ἀλήθεια σοφία δύναμις ζωὴ φῶς ἐνέργεια καὶ τὰ τοιαῦτα.

Ἐπεί γε μὴν ἐκ τῶν οἰκείων ῥημάτων τε καὶ γραμμάτων ἁλι- 64
σκόμενον ὁ Παλαμᾶς ἑαυτὸν ἑώρα διηνεκῶς, "οὐκ ἐν ῥήμασι" φησίν, "οὐδ' ἁπλῶς ἐν γράμμασιν, ἀλλ' ἐν πράγμασιν ἡμῶν ἡ εὐσέβεια κατὰ τοὺς θεολόγους." μικρὸν οὖν ἐπισχὼν ὁ Γρηγορᾶς "ἰοὺ ἰοὺ" φησὶν "τῆς ἀβελτηρίας." καὶ ἀπιδὼν πρὸς αὐτὸν "εἶτα ἐλάνθανες ἡμᾶς" φησὶ "λασιόκωφός τις ὢν καὶ ἀνήκοος καὶ παντάπασι τῆς τῶν θείων γραφῶν διδασκαλικῆς ἑορτῆς τε καὶ πανηγύρεως, καὶ μετεγκεντρίζων ἐξ ἀμαθίας ἄλλοθεν ἄλλοθι τὸν ἅπαντα νοῦν καὶ σκοπὸν τῆς γραφῆς. τοῦτο γὰρ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ φάσκει Γρηγόριος, τὰ Διονυσίῳ τῷ θείῳ λεχθέντα διαβεβαιούμενος, οἶμαι, καὶ συγχωρῶν καὶ αὐτὸς καὶ οἱονεὶ προτρεπόμενος οἰκονομικῷ τινὶ τρόπῳ καιροῦ καλοῦντος πρὸς τοὺς τῶν ὁμιλητῶν διαφόρους τὰς γνώμας καὶ γνώσεις κεχρῆσθαι, καὶ μικρὸν ἐνδιδόναι τοῖς διαφόροις τῶν προσιόντων ἤθεσι δι' ἀναγκην ἐνίοτε, ὥστε τὴν ἐν τοῖς καιρίοις τῆς πίστεως ὁμολογίαν, εἰ καὶ μὴ λέξεσιν, 65
ἀλλά γε ταῖς ἐννοίαις φυλάττεσθαι ἀπαράβατον. ἐν οἷς ἐξεῖναί φησι τήνδε ἢ τήνδε τὴν λέξιν καὶ δι' ἑτέρων ὁμοδυνάμων καὶ ἐκφαντικωτέρων λέξεων διασαφεῖν τὸν θεοπρεπῆ τρόπον. οὐ δεῖ δέ, φησὶν Ἀθανάσιος, τὰ κατ' οἰκονομίαν γραφόμενα καὶ γινόμενα δέχεσθαι κακοτρόπως καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν ἕλκειν βούλη-

deus potens iustus increatus veritas sapientia vis vita lumen efficientia taliaque.

Cum autem suis ipsius verbis et scriptis capi Palamas se videret continuo, non in verbis, inquit, neque omnino in scriptis, sed in rebus nostris pietas cernitur secundum theologos. paululum igitur moratus Gregoras: pro, inquit, stultitiam, et despiciens eum: ergo fugiebat nos, inquit, te esse aurium obtusarum et surdum et omnino ignarum festivitatis et celebrationis doctae librorum divinorum, et inserendo et transponendo aliunde alibi pervertere ignorantia omnem sensum et omne consilium scripturae? hoc enim magnus in theologia dicit Gregorius ea quae a Dionysio divino dicta sunt confirmans, puto, et concedens et ipse et quodammodo adhortans ut parco quodam modo occasione ad eos affabiles, qui in sententiis et cognitione sint diversi, vocante utamur et pauca indulgeamus diversis accedentium moribus necessario nonnunquam: ita ut in rebus gravissimis fidei consensio quamvis non verbis saltem cogitationibus servetur constans. qua in re licere ait hanc vel illam vocem etiam aliis similibus et magis significantibus vocibus explicare ratione deo conveniente, non autem decet, ait Athanasius, ea quae parco modo scribuntur et fiunt accipere pravo sensu, et in suam voluntatem trahere: etenim etiam medicus saepenumero

σιν. καὶ γὰρ καὶ ἰατρὸς πολλάκις τὰ δοκοῦντά τισι μὴ εἶναι κατάλληλα, ταῦτα τοῖς ὑποκειμένοις τραύμασιν, ὡς οἶδεν αὐτός, ἐπιτίθησιν, οὐδὲν ἕτερον ἢ πρὸς τὴν ὑγείαν ἔχων τὸν σκοπόν. καὶ διδασκάλου δὲ φρονίμου τρόπος οὗτος, πρὸς τὰ τῶν διδα-
66 σκομένων ἤθη διατίθεσθαι καὶ λαλεῖν. ὀνόματα γοῦν καὶ ῥήματα, καὶ ὅσαι τῶν λέξεων διὰ φωνῶν ἁπλῶς καὶ γραμμάτων σημαντικαὶ τῶν ὑποκειμένων γίνονται πραγμάτων, ἐνίοτε
f. 146 r. μὲν καθ' ὁμωνυμίαν ἐν διαφόροις ἀδιαφόρως παραλαμβάνονται πράγμασιν, ἐνίοτε δὲ κατ' ἀντωνυμίαν ἐν μείζοσί τε καὶ ἐλάττοσιν ὁρωμένην, καὶ ὅσα ἄλλως τὸν ὅμοιον ἔχει τρόπον, ἐνίοτε δὲ καθ' ὅσα συνώνυμόν πως τὴν σχετικὴν αἰτίαν κεκλήρωται· καθ' ἣν δήπουθεν καὶ τὸ ἴσον ἴσῳ συμβαίνει λέγεσθαι ἴσον, καὶ τὸν φίλον φίλῳ φίλον, καὶ ὁπόσα δήπου παραπλήσια, ὡς γίνεσθαι πολυσχιδῆ μὲν ἐν τοῖς μεριζομένοις πράγμασι τὴν αὐτῶν ἰδιοτροπίαν, ἐπὶ δὲ θεοῦ μονοειδῆ καὶ ἀμέριστον κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς ὑποκειμένου δήλωσιν, λέγω δὴ τὴν ἀμερῆ καὶ ἀσχημάτιστον καὶ ἀόρατον ἐκείνην, ἥτις ποτ' ἐστίν, οὖσαν οὐσίαν· ἣν ψυχοτρόφον λειμῶνα καὶ ἀληθείας θάλαμόν τις καλέσας οὐκ ἄν, οἶμαι, ἁμάρτοι. ἓν γὰρ οὖσα
67 κυρίως, μένει διηνεκῶς ἐν τῷ ἑνί, μᾶλλον δ' εἰπεῖν ἐν ἑαυτῇ· καὶ μεριστὰς πεφυκυίας τὰς ἡμετέρας νοήσεις, καὶ διάφορον τὴν περιολκὴν περὶ ἕκαστα τῶν πραγμάτων λαμβανούσας, εἰς μίαν τινὰ καὶ ἀδιάκριτον καὶ ταύτας νόησιν συναιρεῖ, ὡς γί-

ea, quae nonnullis non esse apta videntur, tractandis vulneribus ex sua cognitione imponit, nihil aliud quam valetudinem spectans, et praeceptoris prudentis consilium est hoc, ut ad discipulorum mores dicat et loquatur. nomina quidem et verba et quaecunque voces sonis omnino et literis significant res suppositas, interdum usurpantur secundum eandem significationem in diversis rebus sine discrimine, interdum secundum diversam significationem quae in maioribus et minoribus cernitur, et quaecunque praeterea similem admittunt rationem, interdum quatenus relativam causam eadem fere significatione insignitam sortita sunt: quamobrem simile dici solet simili simile, et amicus amico amicus, et quae sunt similia, ita ut multiplex fiat in rebus quae dividuntur earum proprietas, in deo autem simplex et indivisa secundum unius suppositi explicationem: dico enim indivisibilem et forma carentem et invisibilem illam qualiscunque est essentiam, quam siquis pratum animos pascens et veritatis cubiculum nominare velit, non erret, opinor: quae quidem cum sit unum, continuo in uno manet sive potius in se et nostras cogitationes, quae diversae sunt a natura et quibusque rebus diverso modo distrahuntur, in unam quandam et indiscretam cogitationem comprehendit: ita ut etiam nominum necessario

νεσθαι καὶ τὸν τῶν ὀνομάτων ἐξ ἀνάγκης πολυσχιδῆ καὶ πολύτροπον μερισμόν, ὁποῖον ἡ τῶν διαφόρων πραγμάτων διάφορος παραγωγή. τελεσιουργεῖ, δυνάμεως λέγω καὶ ζωῆς καὶ ἐνεργείας καὶ φωτὸς καὶ σοφίας καὶ τῶν τοιούτων, μονοειδῆ καὶ αὐτὸν ἤδη καὶ μονότροπον ὡς ἀληθῶς δρόμον ἐν τῷ τῆς ἀληθείας ἐκείνῳ πεδίῳ θεόντα. περιγεγραμμένος γάρ τις ὅρος ἑκάστης οὐσίας ὑπάρχον ἕκαστον ὄνομα, καὶ μιᾶς ἰδιότητος ἐπειλημμένον, καὶ συστέλλον ὁπωσδηποτοῦν τὸ πρὸς ἀοριστίαν τέως αὐτῆς κεχυμένον, ἁπλῶς κατὰ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν πειρᾶται μὲν κἀπὶ τῆς ὑπερηπλωμένης 68
ἐκείνης θείας οὐσίας τὴν ἑαυτοῦ φυσικὴν ἀποφαίνεσθαι κίνησιν καὶ τὸ τῆς ἐμφύτου δυνάμεως εἰωθός, λέγω δὴ τὸ διακρίνειν καὶ μερίζειν ἐς διαφόρους τὸ ἓν ἰδιοτροπίας, ἀλλ' ἔφθη πρὶν δεδρακέναι παθόν. μερίζειν γὰρ ἐπειγόμενον ἐπ' ἴσης τοῖς ἄλλοις καὶ τὴν ἀμέριστον ἐκείνην καὶ θείαν οὐσίαν, λέληθε συσταλὲν ὑπ' ἐκείνης καὶ πρὸς νοητὴν ὁμόνοιαν συνελάσαν τὸν κωλυόνυμόν τε καὶ πολυπράγμονα μερισμόν. κἀπειδὴ περιγραφαῖς ὀνομάτων ἡ θεία καὶ ὑπερηπλωμένη φύσις ἐκείνη δουλεύειν οὐκ οἶδεν, ἡ δὲ περιγραφὴ περιληπτική f. 146 v.
τις γίνεται τοῦ ὑποκειμένου γνῶσις, οὐκ ἂν ποτε γένοιτο γνωστὸν ὃ τῇ οὐσίᾳ πέφυκεν ἀπερίγραπτον· ἓν ἄρα καὶ ἄγνωστον ἡ θεία φύσις ἐκείνη, καὶ ὑπὲρ πάντα λόγον καὶ ἔννοιαν, καὶ πᾶσαν Παλαμικὴν ἀποσειομένη περιεργίαν. ὅ γε μὴν

